



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos
instructa**

Busaeus, Johannes

Moguntiae, 1608

M.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)

tantinentia, nulla operis magnitudine flammam carnis poterat extinguere. Hunc periclitantem Pater monasterii hac arte seruauit. Imperat cuidam viro graui, vt iurgis atq; conuitiis infectaretur hominem, & post irrogatam iniuriam primus veniret ad querimoniam. Vocati testes pro eo loquebantur qui contumeliam fecerat. Flere ille contra mendacium. Nullus alius credere veritati, Solut Pater defensionem suam callidè opponere, ne abundantiori tristitia absorberetur frater. Quid multa? Ita annus ductus est. Quo expleto, interrogatus adolescens super cogitationibus pristinis, an adhuc molestia aliquid sustineret. Papa, inquit. Viuere mihi non licet, & fornicari libeat? Hic se solus fuisse, quo adiutore superasset? IN PATRVM quoq; vitis eiusmodi narratur exemplum. Monachus quidam exagitatus à dæmone cogitatione fornicandi nocte se contulit ad Patrem spirituale qui eum consolatus est, monuitq; vt quoties tentatio repullulasceret ad se quoq; rediret; nihil. n. equo affligere demonè, quàm cū foedæ cogitationes Patri spirituali patefiant, cōtra verò nulla re magis exultare quàm earūdem occultatione. Itaq; factū est vt vndecies, repetita tētatione redierit, ac tandē dæmonē fugauerit.

V. PP. part. 2.
contra fornic

VIDE V. Amor sui. Chorea. Colloquia otiosa. Consuetudo praua. Ebrietas.
Exemplum malum. Familiaritas nimia. Gula. Immortificatio passionum. Linguae abusus. Otium. Societas praua. Tentatio. Vestium luxus.
Voluptas carnalis.



M

MALEDICTIO.

Remedia contra Maledictiones.

P R I M V M Remedium. Considera diuinæ scripturæ sententias. Primo enim iubet nos benedicere, vt et autem maledictionem, Vt in Psalmis. *Maledicent illi, & tu benedices.* Et apud Psal. 108. 23. Tobiam. *Omni tēpore benedic Deum.* Et in Ecclesiastico. *Ab inope* Tob. 4. 20. *ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquoas quarentib. tibi retro maledicere,* Eccli. 4. 5. id est, secreto, vt faciunt pauperes dum negatur eis elemosyna. Et apud Rom. 12. 14. Apostolū. *Benedicite persequenti. vos: benedicite, & nolite maledicere.* 2. damnat maledicendi consuetudinē, vt animæ & corpori noxiā. Dicit. n. Prophe- Psal. 108. 18. ta Dauid. *Dilexisti maledictionē & veniet ei. Et induet maledictionē sicut vestimentū.*

pp 2 Et

- Leuit. 24. 9. & 15. Et Moses in Leuitico. *Qui maledixerit patri suo aut matri, moriatur. Et. Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur. Et Sapiens. Maledictio matris eradicat fundamenta, id est, euerit totam familiam suam.* Et. *Maledicentis tibi in amaritudine animae exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum. Et. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Et B. Paulus. Nunc autem scripsi vobis, si quis frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruans, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Et rursus. Neque auari, neque ebrii, neque rapaces regnum Dei possidebunt.*
- II. R E M E D. Considera Ss. Patrum dicta. B. EPHRAEM in libro de Virtutibus & vitiis. *Verè beatus iterumq; beatus ille est, qui à deterrimo hoc maledicendi genere se integrum custodierit, quoniam Spiritus sanctus in eo habitabit. Hinc maledicus utroq; & odij & susurrationis morbo laborat. Et qui talis est, fraticida, & crudelis atq; immittis censetur. Quid hoc scelere grauius? Vnde quoq; sanctus Apostolus nefaria impiorum opera prohibens, etiam maledicos iis annumerat. Neq; maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et libro de lingua malo. Quem admodum latro vel vnico confessionis verbo factus est cinis paradisi, ita vno verbo blasphemie redditur quis reus gehenna ignis. Vt propter vnum maledicentiae verbum Maria quamuis esset altoq; in vates, damnaretur lepra multata est: quo tandem genere supplicij digni sunt illi, qui sin e vilo delectu contumeliosi? B. GREG. lib. quarto Moralium. Sciendum est, quod scriptura sacra duobus modis maledictum memorat aliud videlicet, quod approbat, aliud quod damnat. Aliiter enim maledictum profertur iudicio iustitiae, aliter liuore vindictae. Maledictum qui prope iustitiae iudicio ipsi primo homini peccanti prolatum est cum audiuit. Maledicta terra in opere tuo. Maledictum iudicio iustitiae, profertur, cum ad Abraham dicitur; Maledicam maledicentibus tibi. Rursum, quia maledictum non iudicio iustitiae, sed liuore vindictae promittitur, voce Apostoli Pauli pradicantis admonemur, qui ait. Benedi. ite, & nolite maledicere. Et rursus neq; maledici regnum Dei possidebunt. Deus ergo maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur, quia quod homo agit malitia vindictae. Deus non facit nisi examine & virtute iustitiae. Cui ergo sancti viri maledictionis sententiam profertur, non ad hanc ex voto vltionis, sed ex iustitia examine ei imponunt. Intus enim subtile Dei iudicium aspiciunt, & mala foris exurgunt, quia maledicto debeant ferire cognoscunt, & eo in maledicto non peccant, quo ab interno iudicio non discedant. Hinc est quod Petrus in offerente m suis pecunias Simone sententiam maledictionis intorsit dicens. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Qui enim non ait, est, sed sit, non iudicatio sed optatio modo signauit se hoc dixisse. Hinc Elias duobus quinquagenariis ad se venientibus dixit. Si homo Dei sum, descendat ignis de celo & consumat vos. Quorum vtrorumq; sententia quanta seueritatis ratione conualuit, terminus causa monstrauit. Nam vti Simo aeterna perditione interiit, & duos quinquagenarios desuper veniens flamma consumpsit. S. THOMAS AQUINAS. Maledictio, de qua loquimur, est per quam pro-*

nunciatur malum contra aliquem, vel imperando vel opsando. Velle autem, vel imperio mouere ad malum vltimus secundum se repugnat charitati, qua diligimus proximum volentes bonum ipsius: & ita secundum suum genus est peccatum mortale, & tanto gravior, quanto personam, cui maledicimus, magis amare & reuereri tenemur. Vnde dicitur Levitici 20. Qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Contingit tamen verbum maledictionis prolatum esse veniale peccatum, vel propter paruitatem mali, quod quis alteri maledicendo imprecatur, vel etiam propter affectum eius, qui profert maledictionis verba, dum ex leui motu, vel ex ludo, aut ex surreptione aliqua talia verba profert; quia peccata verborum maxime ex affectu pensantur.

III. REMEDIUM. Considera ingentia mala, quae ex imprecatione, siue iusta, siue iniusta, nonnuquam sunt secuta, vt merito sit extimescenda. Praeter duo exempla ex scriptura à B. Gregorio commemorata, est illud Elisæi Prophetae, quo iter habente in Bethel, inquit Regum historia,

parvi parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei dicentes. Ascende calue, ascende calue. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini, egressi que sunt duo viri de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Deinde B. Pauli in Actis Apostolicis. Cum enim Proconsul Sergius Paulus desideraret

4. Reg. 2. 24.

Act. 17. 10.

audire verbum Dei à Saulo & Barnaba, resistebat illis, inquit B. Lucas, Elymas magus quarens auertere Proconsulem à fide. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto incuens in eum dixit. O plene omni dolo & fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris caecus non videns solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebra, & circumiens querebat, qui ei manum daret. Tunc Proconsul cum vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini. TERTIUM exemplum sit B. AUGUSTINI in libris de ciuitate Dei ita scribentis. VNVM est apud nos factum tamen clarum atque illustre miraculum, vt nullum arbitrer esse Hippocritum, qui hoc non vel viderit, vel didicerit; nullum qui obliuisci vlla ratione potuerit. Decem quidam fratres fuerunt, quorum septem sunt mares, tres feminae de Caesarea Capadociae suorum in ciuitatem non ignobilem maledicto matris recentis patris eorum obitu destituta, quae iniuriam sibi ab eis factam acerbissimè tulit, tali poena sunt diuinitus coerciti, vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum. In qua factissima specie oculos suorum ciuium non ferentes, quaquauer sum cuique ire visum est, toto pene vibrabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater & soror, Paulus & Palladia, multis aliis locis miseria diffamante iam cogniti. Deinde fasè narrat, quemadmodum ambo ad memoriam S. Stephani martyris, à tremore liberati sint, toto populo spectante, & maximo clamore Deo & martyri gratias agnente. QUARTUM est. B. GREG. in tertio dialogorum, de seruo Dei Florentio tanta sanctitate praedito, vt ei versus in omnibus pareret; quem cum quatuor monachi è vicino monasterio eius sanctitati invidentes per insidias occidissent. Florentius, inquit ille, sese in lamentum dedit,

Aug. l. 22. c. 8.

Greg. c. 14.

fratrum malitiam magis quam ipsi mortem deplorans. Quem venerandus vir Eulocius ad se deductum consolari studuit, sed idem vir Domini coram eo doloris magni simul accensus imprecatus est dicens. Spero in omnipotenti Deo, qua in hac vita oculos omnium ex sua militia vindictam recipiant, qui nihil se ledentem ipsum meum occiderunt. Cuius vocem protinus vltio diuina secuta est. Nam quatuor monachi, qui eundem ipsum occiderant, statim elephantino morbo percussi sunt, ut membris putrescentibus interirent. Quod factum vir Dei Florentinus vehementer expauit, seque ita fratribus maledixisse pertimuit. Omni enim vita sua tempore flebat, quia exauditus fuerat se crudelem, se in eorum morte clamauit homicidam. Quod idcirco omnipotentem Dominum fecisse credimus, ne vir mira simplicitatis quantolibet dolore commotus intorqueat ultra praesumeret iaculum maledictionis. Subiicit deinde Gregorius quaestionem Petri dialogista, sitne graue peccatum ex ira alicui maledicere? Et respondet esse, quia Paulus dicat maledicos regnum Dei non posse heros, cumque Petrus exciperet, quid si non ex malitia, sed linguae incuria maledictio fiat? Respondet, si de otioso sermone reddenda sit ratio, multo magis de noxio. QUINTVM & sextum est in vita S. Zenobii Episcopi Florentini a Ioanne Aretino conscripta, Filii duo aequo indulgentius educati, matrem verberarant. Quod scelus illa execrata genibus procumbens, & terram manibus pulsans furias infernales in vindictam inuocauit. Exaudita est, mox iuuenes a demonibus obsessi veluti rabidi canes mordaciter inuicem sua membra corrodunt. Catenis vinciuntur, mater misericordia mota, licet pagana, refugit ad S. Zenobium, qui in basilica Saluatoris, cum per horas duas coram vexillo S. crucis pro filiorum salute orasset signo crucis demones fugauit. Qui sanitatem consecuti vna cum matre totaque familia sunt baptizati & Christo adiuncti. ALIVD. Mater, cum filio febribus laboranti quadragies vna nocte poculum porrexisset, pueroque adhuc potum petenti irata dixisset. Vna cum hoc diabolus bibes, puer statim a demone possidetur, qui tam crudeliter eum exagitauit, ut vix vllis vinculis constringi, remedio nullo liberari posset, donec tandem ad S. Zenobii monumentum deportatus est. Simili imprecatione parentum nostro saeculo multi alii in potestate demonis deuenere, ut celebris illa demoniaca Laudunensis in Gallia, anno 1566 liberata: & Montensis in Hannonia anno 1584. HADRIANVS Iunius in historia Batauiæ commemorat Hollandiæ comitissam Anno Domini 1276. ex imprecatione mulieris mendicæ vno partu edidisse 364. proles, easque omnes in vna pelui, quia viuebant, sacris baptismi aquis elutas. Nam cum Comitissa mendicæ gemellos gestanti temere obiiceret, quod alterum ex adulterio concepisset, illa mox imprecata ei est, ut vno partu tot proles effunderet, quot sunt dies in anno.

IV. REM. Considera, quando iniusta est imprecatio, eam refundi in suum

1. c. 10.

Matth. 12. 36.
In. Sur. 25. Maii.

Ibid.

Jun. c. 20.

sum auctorem, spiritualiter quidem semper, quia gravissimè delinquit, & ideo ab Apostolo regno cœlorum excluditur; se penumerò verò etiam corporaliter. Vnde Sapiens dicit. *Qui in alium mittit lapidem, super caput eius cadet.* & Isaac Patriarcha ad filium Iacob. *Qui maledixerit tibi, scilicet ille maledictus.* Exemplum habemus in Magno Speculo Exemplorum, quod accidit in dioecesi Moguntina. *Sacerdos quidam, Ecclesiæ Pastor, acriter insectus est in calceos rostratos, in publica diei festi concione. Id moleste ferens furor quidam, imprecatus est coram aliis vulgari idiomate concionatori episcopiam, vel morbum comitialem in capitis coronam, et mox indignabundus se ex templo proripuit. Verum, quia plerumq; recidunt in suos maledicta magistros, ecce in reditu ad suos obvium habuit virum statura procerum, aspectu terribilem, qui eum per capillos arreptum tanta vi deiecit in terram, ut auulsam vna cum pelle capitis comam manu retinuerit. Cumq; per horam integram maledictus omni sensu destitutus humi iacisset, tandem à quibusdam eiusdem concionis auditoribus in suas ades deductus est; et menti restitutus causam re- gestæ illius ingenè aperuit. Cætera remedia pete ex verbo Blasphemia.*

Consuetudo prava Detractio. Discordia. Ira. Iuramentum. Linguae abusus, Superbia. Vindicatio iniuriæ.

MENDACIVM

Remedia contra Mendacium.

I REMED. Considera Spiritus S. dicta in diuinis litteris. Primo enim declarat mentiri esse impro- o- um, imò dæmonis ipsius. Nam Salomon ait. *Verbum mendax iustus detestabitur.* Et. *Qui nititur mendaciis pascit ventos.* Et. *nō de. et principem labium mentiens.* Et. *malus obedit lingua iniqua, et fallax obtorquet labiis mendacibus.* Et. *Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.* Et. *Qui moritur, testis est fraudulentus.* Et. *Vanitatem et verba mendacia longe fac à me.* Et in libro Paralipomenon. *Egrediar, ait Satan, et ero Spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.* Et Christus apud Ioannem, *Diabolus cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater eius, id est autor mendacii.* 2. prohibet omne mendacium. Vt in Exo. 1. *Mendacium fugies.* Et Levit. *Non mentiemini nec decipiet unusquisq; proximum suum.* Et apud Ecclesiasticum. *Noli velle mentiri omne mendacium, assiduitas enim illius non est bona.* Et. *Ante omnia verbum verax præcedat te.* Et apud Zachariã. *Iuramentum mendax ne diligatis.* Et apud Apostolũ. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.* Et. *Nolite mentiri inuicem.* 3. docet Deo esse exosum & dignum pœna æterna. nam Psalmista ait. *Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ.* Salomò verò. *Sex sunt, quæ odat Dominus, oculos sublimes, linguã mendacẽ, et c.* Et. *Os bilingue detestor.* Et. *Abominatio est Domino labia mendacia.* Et. *Qui mendacia loquitur, nõ effugiet.* Et. *q loquitur mendacia peribit.* Et Sap. *Os q; mœtatur, occidit animã.* Et. *Va duplici corde, et labiis scelestis.*

II. RE.

1. Cor. 6. 10.
Eccli. 27. 28.Gen. 27. 29.
Spec. dist. 10.
ex 27.

Dæmon is erat

Prou. 15. 5.

Prou. 10. 4.

Prou. 17. 7. 4.

Prou. 29. 12.

Prou. 12. 17.

Prou. 30. 8.

2. Paral. 18. 21.

Ioan. 8. 44.

Exod. 23. 7.

Leu. 19. 11.

Eccli. 7. 14.

Eccli. 37. 20.

Zach. 8. 17.

Eph. 4. 25.

Col. 3. 9.

Psal. 5. 7.

Prou. 6. 16.

Prou. 8. 13.

Prou. 12. 22.

Prou. 19. 5.

Sap. 1. 11.

Eccli. 2. 14.

Ecl. 9. 76.

Ioan. 8. 44.

2. Tim. 2. 5.

Amb. tom. 4.

Gen. 4. 9.

Act. 5. 3.

Ecl. 16. 12.

Aug. 2.

Id. c. 22.

Id. in Psal. 7.

Georg. 2. mor.

h. 1. 7. c.

II. REMED. Considera SS. Patrum sententias. S. BASILIVS in Regulis brevioribus. *Vs utilitatis causa consulto aliquis mentiatur sententia Domini non permittit, à quo sic precise dictum est, mendacium ex diabolo esse: neque mendacium vlla omnino distinctio adhibita. Quin hoc idem Apostolus quoq. testificatur his verbis. Si autem & ceteri aliquis, non coronatur, nisi legitime certauerit. Et in procerio libri de Spiritu sancto, Rerum omnium potentissima est veritas; & extrema malitia linea mendacium. A M B. in Psalmum 35. Dixit Cain. numquid ego custos sum fratris mei? & sibi ipse mentitus est. Dixit Ananias omne se venditi sui ruris pretium pertulisse, & mentitus est sibi, qui potuit minus offerre sine fraude. Ideo que praclari ut David & mentita est iniquitas sibi. Sibi enim ante mentitur, qui in suum mentitur exitium: sibi delinquit qui sibi innocentiæ eripit suavitatem. Quis enim puritate & simplicitate pectoris dulcior fructus? Quis cibus suavior, quam is quem animus bene sibi conscij, & mens innocentis epulatur? S. A V C. in libro de Mendatio ad Consentium. Ille mentitur, qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel quasi in sibi significacionibus enunciat. Unde etiam duplex cor dicitur esse mentientis, id est, duplex cogitatio. Una rei eius, quam veram esse scit, vel putat, & non proferit: altera eius rei, quam pro ista proferit, sciens falsam esse, vel putans. Ex quo fit, ut possit falsum dicere non mentiens, si putat ita esse ut dicit, quamuis non ita sit: & ut possit verum dicere mentiens, si putat falsum esse, & pro vero enunciat, quamuis reuera ita sit, ut enunciat. Et in Enchiridio ad Laurentium. Omne mendacium ideo dicendum est esse peccatum, quia homo non solum quando scit ipse, quod verum sit, sed etiam si quando errat & fallitur, sicut homo hoc debet loqui, quod animo gerit, siue illud verum sit, siue putatur & non sit. Omnis autem qui mentitur, ea contra id quod animo sentit loquitur voluntate fallentis. Et utique verba propterea sunt instituta, non per quae se invicem homines fallant, sed per quae in alterius quisq. noticiam cogitationes suas proferat. Verbi gratia ut ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est. Nec ideo vllum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquando ali. ni prodesse mentiendo. Possumus enim & furando aliquando alicui prodesse si pauper cui datur palam fuerit commodum, nec ideo tale furtum quisquam dixerit non esse peccatum. Et in verba Psalmi. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Duo sunt omnino generis mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut inquamur, aut ut proximis proficimus, mentimur. Illud primum in dicendo ideo non est peccatum, quia non fallit. Nost enim ille cui dicitur, iocis causa esse dictum. Secundum autem ideo minus est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Illud vero quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est. Tanquam, ut verbi gratia, si cui gladius commendatur, & promittat se redditurum, cum ille qui commendavit posset: si forte gladium suum repetat furens, manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furem posse repetere. B. G R E C. in verba Iob. Non loquentur labia mea iniqui-*

iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Quod prius iniquitatem, hoc postmodum repetens mendacium dicit, nam est omne mendacium iniquitas est, & omnis iniquitas mendacium; quia profecto ab aequitate discrepat, quicquid à veritate discordat. Sed inter hoc, quod ait, loqui: & postmodum subdit, meditari, magna distantia est. Nonnunquam enim peius est meditari mendacium, quam loqui. Nam loqui, plerumque precipitatio est, meditari vero studiosa prauitatis. Et quis ignoret, in quanta distantia culpa distinguitur: verum precipitatione aliquis, an studio mentiatur.

B. DOROTHEVS. Tria sunt mendacii genera. Primum est, cum quis animo; secundum, cum verbo mentitur: tertium, cum in vitam suam quis mendax est. Qui mentitur animo, is est, qui facile quascumque suspensiones admittit, ut pote cum fratres viderit colloquentes suspicatur, ne de se colloquantur. &c. Sermonem autem quis mendax est, cum verbi gratia torpescens aliquis ad nocturnas vigilias surgere. febre, inquit, passus sum & vertiginem, caput dolebam, stomachi tormina patiebar. Et decies mentitur, ne vnicam penitentiam agat, atque humilietur, &c. Mentitur autem in vitam suam, cum iurpis & luxuriosus continentiam simulat, auarus & tenax de eleemosyna loquitur.

Dorot. doct. 6.

III. REMED. Considera mendacium proprie diabolicum esse vitium, & ideo homini maxime cauendum. Nam Christus apud B. Ioan-

nem affirmat diabolum esse patrem mendacii, id est, autorem primum & inuentorem; quia quodammodo illud peperit, ut exponit Chryso-

stomus, Ammonius, Augustinus, Beda, Eutymius, Rupertus. Vnde sequitur mendacium, esse filium diaboli ac similiter omnes mendaces recte dici filios diaboli, sicut hic Christus appellauit Scribas & Phariseos, dicens. Vos ex patre diabolo estis. Filios diaboli vocat, inquit Epiphanius aduersus Caianos & Archonticos, non natura, sed imitatione, vel ut Ambrosius in Lucam, non carnis successione, sed criminis. Dicitur autem primus auctor mendacii, secundum eosdem Patres, quia Euæ in paradiso dixit illa verba. Eritis sicut Dei scientes bonum & malum, quibus sine dubio mentitus est. Quid enim veri dixerit ante illa verba non inuenimus. Cum ergo Christus hic addit, Cum diabolus loquitur mendacium ex propriis loquitur, sensus est. Cum mentitur, propria vititur inuentione, eo quod nemo ipsum mentiri docuit, ipse vero primus docuerit alios quicumque mentiuntur. Vnde colligit Origenes, diabolum, cum quicquid habet boni à Deo acceperit, mendacium tamen à Deo non accepisse sed ipsum per se illud excogitasse. Cyprianus vero ad Antonium, hoc esse semper opus diaboli, ut seruos Dei mendacio laeret. B A S I L I V S ad Eustathium Sebastianæ Episcopum, & ad clericos Neocesarienses, mendacium esse diaboli factum. B. Casarius, mendacem à diabolo possideri. Quod omnis mendax, inquit, sine maligno Spiritu esse non possit. scriptura testis est. Perdes, inquit, omnes, qui loquuntur mendacium. Et iterum. Os quod mentitur occidit animam. Et in libro regnorum legitur spiritum malignum dixisse Domino. Ego, inquit, decipiam Achab. Cui dixit Dominus. In quo decipies? Et ille re-

Ioan. 8. 44.

Aug. tract. 43
in Ioan.

Epip. hæc. 38. &
40.
Amb. l. 4.

Gen. 3. 5.

Ioan. 8. 44.

Orig. inc. 3
Ioan.

Cyp. l. 4. ep. 1.

Basil. ep. 79.
& 61.

Cas. hom. 16.

Psal. 5. 7.

Sap. 1. 11.

3. R. g. 2. 22.

spouit. Egrediar, & ero Spiritus mendax in ore Prophetarum eius. Dixit autem Dominus. De ipse, & praualebis.

Hier. ep. 37. ad
Iulianum.
Arist. apud La-
ert. lib. 3.

IV. REM. Considera hominē, non modo apud Deum, sed etiam apud homines hoc vitio reddi contemptibilem, & fide omni, etiam cum vera dixerit, indignum, secundum illud HIER. *Antiquus sermo est, Mendaces facti, ut nec vera dicentibus credatur.* Cum quo congruunt vulgares rhythmi.

Gelt verlohren/ viel verlohren/
Ehr verlohren/ nichr verlohren/
Glaub verlohren/ alles verlohren/

L A T I N E

*Amisſi ſunt magna Aeriſ maioraq; Honoris
Damna, ſed amiſſa maxima ſunt Fidei.*

Eccli. 20. 26.

Nec omiſit Eccleſiaſticus noſter. *O probrium nequam, inquit, in homine mendacium, & in ore diſciplinatum aſſiduū erit.* quibus verbis ſatis indicat, conſuetudinem mentiendi eſſe hominum improborum & infamium, qui malē ab ineunte aetate ſunt inſtituti. Ut autem abſtrahat eos ab illa mendaciorum aſſiduitate, mox ſubiicit. *Potior fur, quam aſſiduus viri mendacis, perditionem autem ambo hazardous habent. Mores hominum mendacium ſine bono, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.* Recte autem mendacium confert cum furto, tum quod vtrumq; vitium fere coniunctum ſit iuxta adagium. *Oſtende mihi mendacem, oſtendam tibi furem.* tum quod mendacium ſit quoddam furum, hominibus ſubripiens & veritatem & bonam famam. Furtum verò idcirco dicit ab aſſiduitate mentiendi ſuperari, vel quod ſepe plus homini noceat, quam furum, cum illa bonum ſpirituale fatet, hoc temporalia tantum auferat: vel quod fur fere peccat ex inopia, & eſurientem impleat animam, ut loquitur Salomon, mendax verò ex petulantia linguæ. Demum mendacium hominum hanc pœnam eſſe denotat, ut indelebilis ſit eorum ignominia, ac mores etiam boni, piaque actiones omni honore careant.

Prou. 6. 30.

Psal. 14. 2.

V. R E M. Quo longius ab ſis à conſuetudine mentiendi, da operam ut etiam à ioculoſis & officuloſis mendaciis abſtineas, imò ab omni ficione, ſimulatione, & dolo, ac omnibus quæ ſpeciem mendacii obtinent. Nam in primis vir ſecundum cor Dei rex Dauid, cum oraret. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* reſpondit. *Qui loquitur veritatem in corde ſuo; qui non egiſt dolum in lingua ſua. Nec fecit proximo ſuum malum. Qui iurat proximo ſuo & non decipit. Qui facit hæc non commouebitur in æternum.* Et Chriſtus Dominus. *Sic ſermo veſter eſt, eſt, non, non: quod autem his abundantiſſus eſt, à malo eſt.* Et. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbe.* Et Apoſtolorum Princeps, *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti inſantes, rationabilia ſint.*

Matth. 5. 37.
Matth. 10. 16.
& Pet. 2. 1.

sine dolo lac contupsiste. 2. quia S. Patres conuenienter verbo Dei docent non solum omnia mendacia officiosa esse peccata, sed nequidē pro salute corporali vel spiritali vnius hominis, ciuitatis, prouinciæ, in dō totius orbis esse mentienda, quæ non sunt faciēda mala. teste Apostolo, ut eueniant bona. Vnde AVEVS T. ad Consentium cum probasset ex loco psalmi. Perdes omnes qui loquuntur mendacium, mentiri esse peccatum: Quo consiliato, inquit, quis comonebitur illis exemplis, cum dicitur. Quid si homo ad te confugiat, qui mendacio tuo posset à morte liberari? Illa enim mors, quæ stulti timent homine, qui peccare non timēt, non animā, sed corpus occidit, sicut Dominus in Euangelio docet, vnde præcepit, ne ipsa timeatur. Os autē quod mentitur, non corpus, sed animā occidit. His enim verbis apertissime scriptum est. Os quod mentitur occidit animā. Quomodo ergo non peruersissime dicitur, ut alter corporaliter viuat, debere alterū spiritaliter mori? Nam & ipsa dilectio proximi ex sua cuiusq; dilectione terminū accepit. Diliges, inquit, proximum tuū sicut teipsum. Quomodo ergo quisquis diligit tanquā seipsum, cui ut præset vitā temporali; ipse amittit aternā, non est iam diligere sicut seipsum, sed pl' quā seipsū. Alibi tamē docet idē AVE. etiāsi mentiēdo non possumus aliquē à morte liberare, posse tamen veritatem tacendo. Aliud enim est, inquit, mentiri aliud verum occultare. Siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere. ut si quis forte vel ad istā visibilem mortem non vult hominē proderi, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, ut neque prodat neque mentiat, ne occidat animam suam pro corpore alterius. Si autem hoc nondum potest, vel sola huius necessitatis habeat mendacia, ut etiam ab istis, si sola remanserint, liberari mereatur, & Spiritus sancti robur accipere, quo quæquid perpetuandum est pro veritate, contemnat. Et infra. Verum autem occultante & Dominus, cum discipulis nondum idoneis dixit. Multa habeo vobis dicere, sed nunc non potestis portare illa. Et Apostolus Paulus cum ait. Non posui vobis vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, non esse culpandum, aliquando verum tacere, falsum autem dicere non inuenitur concessum esse perfectis. Et S. GREG. in moralibus. Summo opere cauendum est omne mendacium; quamuis nonnunquam sit aliquod mendacii genus culpa leuissimū, si quisquam vitam præstando mentitur. Sed quia scriptum est. Os quod mentitur, occidit animam. Et Perdes omnes qui loquuntur mendacium, hoc quæquod mendacii genus perfecti viri summo opere fugiunt, ut nec vita cuiuslibet per rerum fallaciam defendatur, ne sue animæ nocent, dum præstare vitam carni nituntur aliene, quanquam hoc ipsum peccati genus facillimè credimus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti sole. pia operatione purgari, quanto magis hæc facillè abstergitur, quam mater boni operis pietas in se comitatur. HIER. ad Latam. Virgo mentiri facile iungetur.

Rom. 3. 8.
 Aug. de mendac. c. 6.

March. 10. 28.

Sap. 1. 11.
 March. 22. 39.

Id. in Psal. 5.

Ioh. 16. 12.
 1. Cor. 3. 1.

Greg. 18. mor. 6.

Sap. 1. 11.
 Psal. 5. 7.

Hier. ep. 7.

Hier. ep. 45 ad Innocentium,

VI. REM. Considera exempla eorum, qui acerbissimos cruciatus subire & mori maluerunt, quam vnicum proferre mendacium. Illustre huius rei exemplum exstat apud B. HILION. de muliere septies icta, quæ talis accusata de adulterio sexu fortior suo, cum aculeus corpus exenderet, & sor-



didas fectore carce. is manus post tergum vincula cobiberent, oculis quos tantum torti-
 alligare non poterat, suspexit ad cœlum, & voluit per ora lachrymis. Tu, inquit, testis
 es Domine Iesù, cui occultum nihil est, qui es seruator renis & cordis, non ideo me
 re-~~re-~~re-~~re-~~~~~~ peccam, sed ideo mentiri nolle ne peccem. *At tu miser homo,* (alloquitur
 adolescentem, de eodem icelere fallo accusatum, qui mentitus erat se
 reum & illam, vt tormenta effugeret) *si interire festinas, cur duos interimis in-*
nocentes? Equidem & ipsa cupio mori, sed non quasi adultera: prastro iugulum, mi-
cantem inreptila excipio mucronem, innocentiam tamen mecum feram. Cum autem
 Consularis duplicari tormenta iuberet. *Vna interim eius vox erat. Cade, vi-*
lacera, non feci. Si dictis tollitur fides, venies dies, qua hoc crimen diligenter discentiat.
 Postea miserimi iuuenis caput vno ictu amputatum est. Mulieris vero
 tangi quidem, sed truncari non potuit, ne septies quidem repetito à di-
 uersis carnificibus ictu. Ita clam erepta manibus carnificum sanitati resti-
 tuta est, & libertate à Cæsare tandem donata; vt fusè prosequitur Hiero-
 nymus. **ALTERVM** exemplum est apud Simeonem Metaphrasten, de
 Anihimo Nicomediensi Episcopo & Martyre, qui cum scruiente Maxi-
 miani Cæsaris persecutione à viginti satellitibus ad cædem quæreretur,
 ipsos satellites hospitio excepit, mensamq; prælautam eis apposuit, ac si-
 mul addixit se breui Anihimum in eorum conspectum adducturum. In
 medio verò ciborum apparatu exurgens, palam prodidit se esse, quem
 tam studiosè quærent: hic illi stupore attoniti, & venerandos illius ca-
 nos reueriti, ob benevolentiam & caritatem qua illos exceperat, vna
 sponderunt se Imperatori renunciaturos Anthemium, diu quæritum
 non esse inuentum. Ille verò contra obtendit, se id non permissurum. Fas
 non esse Christiano pro vita cuiusquam mentiri. Itaque vtro se captiuum
 illis adiunxit, & post diuturnos acerbosq; cruciatus Martyrii corona po-
 titus est.

S. ur. 27. April.

V I D E. V. Adulatio. Detractio. Hypocrisis. Iudicium temerarium. Iura-
mentum. Lingua abusus. Maledictio. Murmuratio.

MORTIS METVS IMMODICVS.

Remedia aduersus metum mortis.

I. REMED. Considera Spiritus S. oracula in verbo diuino. Primo autem
 docet moriendi necessitatem omnibus hominib. esse communem.
 Nam in historia Regum sapiens illa mulier Thecutis dixit. *Omnes mori-*
mur, & quasi aqua delabimur in terram, qua non reuertimur. Et psalter Regius.
 Quis

2. Reg. 14. 14.
 Psal. 138. 49.

Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Et Sapiens. *Vnus introitus omnibus ad vitam, & similis exitus.* Et. *Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur.*

Et B. Paulus. *Statutum est hominibus semel mori.* 2. hortatur ne timeamus mortem. Nam Ecclesiasticus ait. *Noli metuere iudicium mortis, memento quæ ante fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi.* Et Christus Dominus. *Nolite timere*

eos qui occidunt corpus: timete autem eum, qui potest animam & corpus mittere in gehennam. 3. anteposit proborū mortem vitæ. Pretiosa, inquit Rex Dauid,

in conspectu Domini mors sanctorum eius. Et Ecclesiasticus. *Laudant magis mortuos, quàm viuentes, & feliciorem vtroq; iudicant, qui nec dum natus est, nec vidit mala, quæ sub sole fiunt.* Et. *Melior est dies mortis die natiuitatis.* Et Sapiens. *Iustus si*

morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Et Syracides. *Ante mortem ne laudes hominem quenguam.* Et. *Melior est mors, quàm vita amara.* Et. *O mors bonum est iudicium tuum homini indigent.* Et Christus apud Ioannem. *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet, & omnis qui credit in me, non morietur in aeternum.* Et

B. Ioannes Beati qui in Domino moriuntur. 4. docet sanctos optasse mortem; Nam Dauid ita loquitur. *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Et. *Quemadmodum ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te DEVS.* Et Simeon iustus apud Lucam, vt Christum in carne vidit. *Nunc, inquit, dimitte seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace.* Et B. Aposto-

lus. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Et. *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius.*

II. REMED. Considera priscorum Patrū sententias. TERTVL LI-

ANVS. *Non est timendum, quod nos liberat ab omni timendo. Si times vita decedere, quia optima non nosti, certe morte non timere non debes, quam malam nescis. At cum times, sis malorum. Non scies autem malam, quia nec times, si non scies aliquid esse post mortem, quod eam malam faciat, vt timeas.* CYPRIANVS de mortalitate,

Mori planè timeat, sed qui ex aqua & spiritu non renatus gehenna ignibus mancipatur: mori timeat, qui non Christi cruce & passione censeatur: mori timeat, qui ad securam mortem de hac morte transibit: mori timeat, quem de seculo recedente in perenni-

bis penis aeterna flamma torquet: mori timeat, cui hoc mora longiore censeatur, vt cruciatus eius & gemitus interim differatur. Mortalitas ista, vt Iudæis & gentibus, & Christi hostibus pestis est, ita Dei seruis salutaris excessus est. Et rursus. Eius est in

mundo diu velle manere, quem mundus oblectat, quem seculum blandiens atq; deici-

pius illecebris terrena voluptatis inuitat. Porro cum mundus oderit Christianum, quid amas eum, qui te odit, & non magis sequeris Christum, qui te releuit & dicit? Ioan-

nes in epistola sua clamat, & loquitur: & ne, carnalia desideria sectantes mundum diligamus, hortatur. Nolite, inquit, diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. GREG.

Na z. in funere Patris. Mors, quæ non modo nos a presentibus malis vindicat, verum ad supernam quoq; vitam sepe traducit, haud scio an propriè mors appellari queat, vtpote nomine magis, quàm re formidabilis. Aequè absurde sanè, & praeposterè affecti

Sap. 7. 6.
Eccl. 4. 13.
Heb. 9. 27.

Eccl. 4. 1. 3.
Match. 10. 28.

Psal. 115. 15.
Eccl. 4. 2.

Eccl. 7. 2.
Sap. 4. 7.

Eccl. 11. 30.
Eccl. 30. 17.

Eccl. 4. 1. 3.
Ioan. 11. 25.

Apoc. 14. 13.
Psal. 119. 9.

Psal. 41. 1.
Luc. 2. 29.

Phil. 1. 21.

Tert. l. de test. animæ.

Cypr. serm. 4.

1 Ioan. 2. 16.
Naz. orat.

esse videtur, quia ea quae formidolosa non sunt extimescamus: ea autem quae metuenda sunt, ut meliora magis, expectanda cōplectamur. *N*am vita est oculus ad vitam cōtēctos habere. *V*na mors peccatum, animae enim est interitus. **A**MB. de bono mortis. Non habemus, quod in morte metuamus, si nihil quod timendum sit, vita nostra contemnit. *E*tenim prudentibus delictorum supplicia terroris sunt, delicta autem non morientium actus sunt, sed viventium. *V*ita igitur ad nos referitur, cuius actus in nostra potestate est: mors autem nihil ad nos. *E*st. n. separatio animae & corporis. *A*nima absolutur, corpus resoluatur. *Q*uā absolutur gaudet: quod resoluatur in terram suam, nihil sentit: quod nihil sentit, nihil agnoscit. *T*amen si mors malum, quomodo iuuenes non timeant fieri senes, nec finitiam mortis verentur aetatem? **C**HRY. ad populum Antiochenum. *P*uerilem timeamus pauorem mortē timentes. *P*ueri enim larvas quidem timeant, ignem verò non timeant: *S*ic quidem & nos timeamus mortē, quae est larva contemptu digna, peccatum verò non timeamus, quod est verè timendū. *Q*uod si cogitemus quid tandē sit mors, nunquā eam timebimus. *Q*uid. n. mors est? quod est, vestem exuere: corpus. n. animae quasi vestis circumdatū est. *E*t paulo post. *V*is scire causam, cur mortē timeamus? *N*on viuimus cum diligentia, nō habemus conscientiam puram: quod si hoc esset, nihil nos mors terrūisset. **A**VG. in lib. 83. quæst. *P*ertinet ad vitam rectam, ea quae non sunt metuenda non metuerē. *M*ors autē metuenda non est. *O*portet ergo id ipsum illius hominis, quem *D*eus sapientia suscepit, morte monstrare. *S*unt autem homines, qui quamuis mortem ipsam non timeant, genus tamen aliquod ipsius mortis horrescunt. *N*ihilominus autem ut ipsa mors metuenda non est, ita etiā nullū genus mortis bene & recte viuens homini metuendam est, quod quoque illius hominis cruce ostenditū fuit. *N*ihil. n. erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius, & formidoliosius. **B**ERN. in epist. ad Romanum. *N*olo te mortem, et si non effugere, cerere vel non timere. *I*ustus qui spe mortem, et si non causet, tamen non patet. *D*enique, si morte praecipuus fuerit, in refrigerio erit. *M*ortitur quidē & iustus, sed securē: quippe cuius mors ut praesens est exitus vita, ita introitus melioris. *E*t infra. *B*ona mors iusti propter requiem, melior propter nouitatem, optimā propter secretitatem. *E* contra, mors peccatorum, pessima. *E*t audi, unde pessima. *M*ala si quidem est in mundi amissione, peior in carnis separatio, pessima in vermis ignis, duplici contritione. **S**EN. ad Lucilium. *M*ilitero de, *L*u. illi, adeo mors timenda non est, ut beneficio eius nihil anteferendum sit. *Q*uod vides accidere pueris, haec nobis quoque, manifestis pueris euenit. *I*lli, quos amant, quibus assueuerunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expauescunt. *N*on hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda factes sua. *Q*uid mihi gladios & ignes ostendit, & turbam carnificum circa te frementium. *T*olle istam pompam sub qua latet, & stultos terretas mors est, quam nuper seruus meus, quam ancilla contempsit.

ILL. R. E. M. *C*onsidera legi naturae consentaneam esse moriendi necessitatē, ac proinde non extimescendam. **C**YR. contra Demetrianum. *H*aec sententia mundo data est: haec *D*eī lex est, ut omnia orta occidant, & aucta senescant: ut infirmetur fortia & magna minuantur, ut cū infirmata & diminuta fuerint, firmantur.

Ciry. hom. 5.

Aug. quæst. 25.

Bern. ep. 105.

Psal. 33. 32.

Sen. ep. 24.

Cyp. tract. 1.

sur. BAS. in Psa. 114. *Mundus mortalis est, & morientium regio. Quoniam. n. visibilium substantia composita est: omne verò compo- situm dissolutum est aptum. Nos qui in mundo sumus, cum se. nus. partes mundi, necessariè efficiemur consortes naturæ vniuersæ. Ideo prius quàm anima per mortem à corpore separetur, morimur sæpe homines. Id ne paradoxum tibi videatur, considera parumper rei veritatem. In tribus. n. annorum hebdomad. s. tres vitæ mutationes sustinet homo. Puelli ætas dentium abiectio primâ explet hebdomadam. Pueri deinde disciplinis addiscendis traditi, terminus extenditur ad pubertatem. Puberis hinc ætas ad annum vsque primû & vicesimum se porrigit. Lantigine inde primâ genas vestiente adolescentia clam in virû transit. Senex rursus aliè sine dubio à primis etatib. apparet. Ex quo vita hominis per multas mortes expleri consuevit. Idem docuere Ethnici à lege naturæ sola instituti. Vt M. Tullius. Mortem, inquit, omnib. natura proposuit. Et. Cem morandi nobis natura diuersorum non habendi dedit. Et. Pellantur ista inepitæ pane antiles ante cæptus mori miserû esse. Quod tandem tempus? natura ne? At ea quidem dedit vsuram vitæ tanquam pecunie nulla præsinita die. Quid igitur est quod querere, si repetit cum vult? ea enim conditio acciperas. SENECA in naturalium questionum sexto. Mors natura lex est, mors tributum, officium quæ mortalium, malorum quæ omnium remedium est. optabit illam quis quis timet. Et epistola citata. Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum crescimus vitæ decrescit. Infantiam amissimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam: vsque ad hesternum, quicquid transiit temporis perit. Hunc ipsum quem agimus diem cum morte diuisimus. Que madmodum clypeus non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit, sit vltima hora, qua esse desinit, non sola mortem facit, sed sola consummat. DICES APOSTOLUS. Et Augustinum in libris de ciuitate Dei sic loqui. Constat inter Christianos veraciter Catholicam tenentes fidem etiam in nobis corporis mortem, non lege natura sed merito inflictam esse peccati. Respondeo, his verbis Augustinum tantum significare moriendi necessitatem quæ ex hominis natura secutura erat, per Dei gratiam Adamo, in ipsa creatione gratuito communicatam, fuisse sublatam, & ideo mortem, quæ post eius lapsum regnat in nobis, non lege naturæ, sed merito inflictam esse peccati. Et eodem sensu per peccatum Adæ mors intrauit in orbem.*

IV. R E M E D. Considera à moriendi necessitate, nullum quantumuis Christianum, sanctum, piuum, potentem, aliisue donis præditum esse exceptum, imò nihil in rerû natura certius esse morte vniuersi vsq. Quid nobis Christianis, inquit Cypr. non commune cum ceteris, quamdiu adhuc secundum legem primæ nauitatis manet caro ista communis? Quo ad vsq. isthic in mundo sumus, cum genere humano carnis & qualitate coniungimur. Spiritu separamur. Pallida mors a quo pulsat pede puerum tabernas, ait Horatius. Regumq. turres. Et alius. Mors domus seruis, & sceptralæq. regat. Et Cicero. Omnis defuncta est mors. Et Seneca.

Eo ibi.

Cic. Philp. 4.
In Catone.
Tuscul. 1.

Sen. c. 32.

Id ep. 248.

Rom. 5. 12.

Aug. 1. 13. c. 15.

Bellarm. 2. 3. p. 1. c. 5.

Cyp. de mortal.

Horat. l. i. car.

od. 4.

Cic. pro Sexto.

Sen. ep. 77.

Et ibi, quo omnia eunt. Quid tibi nouum est? ad hanc legem natus es: hoc patrius co-
 cidit, hoc matris, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Quamuis tu
 pulus mortuo sequetur? quantum comitabitur? Fortior, ut opinor, esses, si multanti-
 lia tibi commorerentur. At qui multa millia hominum et animalium hoc ipso momen-
 to, quo tu mori dubitas animam variis generibus emittunt. Et iterum. Scilicet et
 timere, quod vitare non possis. Morieris. Nec primus, nec ultimus. Multi me antecel-
 runt, omnes sequentur. Morieris, hic est humani officij finis. Quo transis orbis, ego tran-
 sibo. Ad hanc conditionem cuncta, gignuntur. Quod cepit, et desinit. Quid autem
 nihil certum sit præter mortem, docet clare B. A. V. G. in Psalmos. Quidis-
 quiens, in hac terra certum est nisi mors? Profecisti? qui sis hodie scis, quid factum
 sis crastino nescis. Peccator es? quid sis hodie scis, quid sis crastino nescis. Speras pecu-
 niam? incertum est an proueniat. Speras uxorem? incertum est an accipias, vel quæ-
 lem accipias. Speras filios? incertum est, an nascentur. Nati sunt, incertum est, an
 uuant. Uiuunt? incertum est, an proficiant, an deficient. Quocumque te reuerteris, incerta
 omnia, mors certa. Natus es, certum est quia morieris. Itaque hæc incerta, ubi sola mors
 est certa: et in hoc ipso quia mors certa est, dies mortis incertus est.

V. REMED. Considera, quot quantumque malis beneficio mortis libe-
 remur. Ea describit primò Ecclesiasticus. Occupatio, inquit, magna tra-
 ta est omnibus hominibus, et inquam graue super filios. Adam à die exitus de ventre
 matris eorum usque in diem sepulturae matris omnium. Cogitationes eorum, et timo-
 res cordis, et furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia persequens
 et contentio, &c. multa. Deinde SS. Patres CYPRIANVS de mortalitate.
 Quid aliud in mundo, quam pugna aduersus diabolum quotidie geritur? quam aduer-
 sus iacula eius et tela conflictationibus assiduè dimicatur? Cum auaritia nobis, cum
 impudicitia cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus uitiis, cum illecebris
 secularibus assidua, et inuis, et molesta luctatio est. Si auaritia prostrata est, exurgit li-
 bido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, pro-
 flat superbia, uolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscondit.
 Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis percutitur, et delectatur
 inter Sabuli gladios diu stare? Et AMBROSIVS de bono mortis. Quid enim
 est, quo hæc vita delectet, plena arumnarum et sollicitudinum, in qua innumeræ calu-
 mnie, et multa molestia. Et multa lachryma eorum, qui affliguntur molestis, est.
 Quid boni est homini in hac vita, qui in umbra uiuit, nec expleri potest cupiditas
 sua? Et si expleatur dimittit, fructum quietis amittit, quia cogitur custodire, quod mi-
 sera auaritate quesierit, ut miserius eas possideat, cui prodesse non poterunt. Itaque si
 plena oneris vita, utiq. finis eius alleuantur est, alleuantur autem bonum mori.
 Et infra. Quotidie ad edendum et bibendum surgimus, et nullus expletur ut non possit
 momentum esuriat ac sitiatur. Quotidie lucrum querimus, et nullus cupiditati modum
 ponitur. Non satiatur, inquit, oculus uisui, nec auris audiu. Qui diligit argentum,
 non satiatur argento. Nullus finis laboris, et nullus est fructus abundantia. Cupimus
 quodlibet

in exer.

Aug. in Psal. 38.

Eccli. c. 40. 1.

Cyp. ser. 4.

Amb. c. 2.

Cap. 7.

Eccli. 1. 8.

quotidie scire noua, & quid est ipsa scientia, nisi quotidianis dolori adiectio? Omnia quae sunt, iam fuerunt, & nihil est sub sole nouum, sed omnia vanitas. Totam vitam odio habui dixit Ecclesiastes. Qui vitam odio habuit, utique mortem praedicauit. Et **SENECA** ad Marciam. Mors omnium dolorum & solutio est, & finis: ultra quam mala nostra non exeunt, quae nos in illam tranquillitatem, in qua antequam nosceremur iacuimus, reponunt, &c. O ignaros malorum suorum, quibus non mors, ut optimum inuentum naturae laudatur, quae sine felicitatem includit, sine calamitatem repellit, sine satietaatem, aut lassitudinem senis terminat, sine iuuenile auum, dum meliora sperantur, in flore deducit, sine pueritiam ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remedium, de quibusdam votum, de nullis melius merita, quam de his ad quos venit, antequam intesceret. Haec seruitutem inuito Domino remittit: haec captiuorum catenas lenit: haec ex carcere educit, quos exire imperium impotens veterat.

VI. REMED. Considera, quot bonis beneficio mortis locupletemur. Quantum prodest, inquit Cyprianus, exire de seculo, Christus ipse salutis atque uilitatis nostrae magister ostendit, qui cum discipuli eius contristarentur, quod se iam diceret recessurum, locutus est ad eos dicens. Si me dilexissetis gauderentis, quoniam ad patrem uado: docens & ostendens, cum chari, quos diligimus de seculo exeunt, gaudendum potius, quam dolendum. Cuius rei memor Apostolus Paulus in epistola sua ponit & dicit. Tibi uiuere Christus est, & mori lucrum. Lucrum maximum computans iam seculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis & uitiis carnis obnoxium fieri, exemptum praesuris agentibus & venenatis diaboli faucibus liberatum ad latitiam salutis aeternae Christo uocante proficisci. Et iterum. Quis non peregre constitutus properet in patriam redire? Patriam nostram paradisum computamus, parentes nostros Patriarchas habere iam cepimus, quid non properamus & currimus, ut Patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra incolumitate sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quanta & illis, & nobis in commune laetitia est? qualis illic caelestium regnorum voluptas sine timore moricidii & cum aeternitate uiuendi, quam summa & perpetua felicitas? **AMB.** de fide resurrectionis Morte unius plerumque acceptimus maximos populos liberatos: morte imperatoris fugatos exercitus hostium quos uiuus vincere nequisset. Morte martyrum religio defessa, cumulatam fides, Ecclesia roborata est, uicerunt mortui, uicti persecutores sunt. Itaque quorum vitam nescimus, mortem celebramus. Morte etiam inimicorum odia soluumur. Quid plura? Unius morte mundus redemptus est. Potuit enim Christus non mori, si uoluisset. Mors eius uita est omnium. Morte eius signamur, mortem eius orantes annuciamus, mortem eius offerentes praedicamus. Mors eius uictoria est. Mors eius sacramentum est, mors eius annua sollemnitatis mundi est. Et libro de bono mortis. Mors haec transitus uiniferorum est, & opus est, ut constanter transcas. Transi ut autem a corruptione ad incorruptionem, a mortalitate ad immortalitatem, a perturbatione ad tranquillitatem. Non

Cyp. l. cit.

Ioan. 14. 28.

Phil. 1. 21.

Amb. orat. 2. de morte fratris.

Id. c. 4.

Rr

igitur

in iuramento mortis offendat, sed boni transitus beneficia delectent. Quid est. n. mors nisi sepultura victorum, virtutum suscitatio, & Ethnicorum quoque plerique, lumine naturali edocti, non omnino ignorarunt probis post hanc vitam magnum aliquod bonum destinatum. Sic enim scribit in Tusculanis suis M. TULLIVS. Duae sunt viae, ut ait Socrates, duplicesque cursus ante nos: in corpore excellentiam. Nam qui se humanis vitis contaminant & se totos libidinibus dediderunt, eis deivum quoddam iter est seclusum à concilio Deorum. Qui autem se integros castosque servarunt, quibusque fuit minima cum corporibus contagio, sunt quae in corporibus humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, à quibus sunt profecti, facilius poterit reditus.

VII. R E M. Considera quibus rebus mors bonorum æquè à prophetis, atque sacris scriptoribus comparatur. Primo autem comparatur somno & quieti. Vnde Christus de Lazaro mortuo. *Lazarus amicus noster dormit.* Et B. Paulus. *Noto vos ignorare de dormientibus.* Et S. Ioannes. *Beati mortui qui te Domino moriuntur. A modo iam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis.* CHRYS. ad populum Antioch. *Quid tandem est mors? Somnus consuetio longior. Itaque si mortem times, time & somnum: si propter morientes angeris, & propter comedentes & bibentes angere, sicut enim hoc naturale, sic & illud.* HIER. ad Theodoram. *Aversum mortis duritiam & crudelissimam necessitatem hoc solatio erigimur, quod brevis ut visuri simus eos, quos dolemus absentes. Neque enim mors, sed dormitio & somnus appellatur.* Vnde & beatus Apostolus vocat de dormientibus, *contristari.* B. A. S. de Barlaam Martyre. *Somnus iustis est mors, imò magis migratio ad vitam meliorem. Hinc est, quod martyres exultant dum trucidantur.* Sic Cicero in Catone Maiore. *Morti nihil est aliud simile, quam somnus.* OVIDIVS. *Scilicet quid est somnus? gelida nisi mortis imago.* Longa quiescendi tempora fata dabunt. 2. comparatur peregrinationi, qua reditur ad patriam. Vnde propheta. *Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. at peregrinus optat in patriam redire. Non enim habemus, inquit Apostolus, inmanentem civitatem, sed futuram inquam, inimus.* CYP. Considerandum est fratres dilectissimi, & identidem cogitandum renunciaisse nos mundo, & tanquam hostes & peregrinos hic agere. *Amplectamur dicit, qui assignat singulos domicilio suo: qui nos isthinc eripios, & iniquos secularibus exutos paradiso restituit, & regno caelesti. Quis non peregre constitutus properat in patriam regredi? Quis non ad suos navigare festinans ventum prosperum cupidius optat, ut velociter charos liceret amplecti?* CHRYS. ad pop. Ant. *Nihil aliud mors est, quam somnus, & migratio, & translatio, & requies, & tranquillus portus, & perturbationis liberatio, & à vitæ curis absolutio. Et in Genesim. Nihil mors est ultra quam somnus, & peregrinatio, & transmigratione à deterioribus ad meliorem, adeo ut multi exiliati & festinantes, cum hinc migrandum, proinde & Paulus clamet dicens. Dissolus cupio, & cum Christo esse multo melius.* AMB. de bono mortis. *Denique festinabat etiam sanctus David de hoc loco peregrinationis exire, dicens. Aduena ego sum apud te in terra & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et ideo tanquam peregrinus ad illam sanctam communem omnium patriam festinabo.*

Cic. 1. Tuscul.

Joan. 11. 11.
1. Thess. 4. 13.
Apoc. 14. 13.
Chry. hom. 5.

Hier. ep. 29.

Bas. hom. 18.

Cic. de senect.

Ouid. l. 2. eleg.

Psal. 38. 13.
Heb. 13. 14.
Cyp. de mort.

Chry. hom. 7.

Id. hom. 49.

Phil. 1. 21.
Amb. cap. 2.

Psal. 38. 13.

festinabat, petens p huius comorationis inquinamento remitti sibi peccata priusquam discederet vita. Quid igitur tantopere vitam istam desideramus; in qua quanto diutius quæ fuerit, tanto maiore oneratur sarcina peccatorum? Sic Cicero de Senectute. *Com-* Cicero in Ca-
morandi nobis natura diuersorū, non habitandi de dit. Ex ipsa vita descendendum est tā- tone.
quam ex hospitio, non ex domo? Et. Mihi tam iucunda senectus est, ut quo propius ad
mortē accedam, quasi terram videam videre, aliquandoque in portum ex longa nauiga- Sen.ep.71. & 126
tione esse venturus. **SENECA.** Si quis in mortem ante primos annos delatus est, non
magis conqueri debet, quā qui cito nauigauit. Et. In freto viximus, moriamur in portu.

VIII. **REMED.** Considera exempla sanctorum, qui mortem non reformidarunt. Omitto exempla scripturæ supra relata. **POSSIDIVS** in

vita **S. AVGVSTINI** primo laudat **D. Ambrosium**, quod dum vsque ad **Possid.**
mortem decumberet rogatus ab astantibus, ut Deum pro longiore vita
precaretur, responderit: *Non sic vixi, ut me pudeat inter vos viuere, sed nec mori*

timeo, quia bonum Dominum habemus, quæ verba, inquit, Augustinus ut elimata
et librata laudabat, ideoq; dicta putabat, ne videretur præfidere suis me-
ritis. Deinde Augustinum, cum ad Cœpiscopum familiarem morti pro-
ximum venisset, & is gestu manus se de seculo exiturum indicaret, dixit-

se. Posses diutius viuere, cum sis Ecclesiæ necessarius; illum verò respondisse, ne
videretur huius vitæ cupiditate teneri. Si nunquam, bene: si aliquando, quare
non modo? Et mirabatur, inquit, hominem non doctum Augustinus, & in villa nu-
tritiu talia proluisse, & laudabat. Postremo addit, Augustinum solitum re-
ferre in hanc rem exemplum cuiusdam Episcopi, de quo B. CYP. ita scri-
bit. Cum qui tam de collegis & sacerdotibus nostris iam infirmitate defessus, & de
appropinquante morte sollicitus contineatium sibi precaretur, astitit deprecanti & iam
per non morienti inuenis honore & maiestate venerabilis, statu excelsus & clarus aspe-
ctu, & quem assistentem sibi vix possit humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi
quod talem videre iam poterat de seculo recessurus. Atq; ille non sine quadam animi &
vois indignatione infremuit, & dixit. Pati ti metis, exire non vultis, quid faciam vo-
bis? Inreperantis vox est, & monentis, qui de persecutione sollicitis, de accersione securis,
non consentit ad præsens desiderium, sed contulit in futurum. Audiuit frater noster &
collega morturus, quod cæteris diceret. Nam qui moriturus audiuit ad hoc audiuit, ve
diceret: non sibi audiuit ille, sed nobis. Nam quid disceret iam recessurus? De B. HI-
LARIONE eremita ita scribit S. HIER. Cum habitaret adhuc in tuguriolo annos
natus decem & octo, latrones ad eum nocte venerunt, vel existimantes habere aliqui-
quod tollerent, vel in contemptum sui reputantes fieri, si puer solitarius eorum impetus
non periresceret. Itaq; inter mare & paludem à vespere vsq; ad solis ortum discurren-
tes nunquam locū eius cubiculi inuenire potuerunt. Porrò clara luce reperto puero, quasi
per iocum; quid inquit, faceres, si latrones ad te venirent? Quibus ille respondit. Nu-
mus latrones non timeo. Et illi certe aiunt, occidi potes. Possum inquit, possim: & ideo
latrones non timeo, quia mori paratus sum. Tunc admirati constantiam eius & fidem,

Commeatum i.
vix præproga-
ti onem.

Hier. in eius
vita.

Rr 2 confessi

Sulp. in eius
hilt. c. 4.

confe. si sunt noctis errorem, cecatosque oculos, correctiorem deinceps viam pollicentes.
Non ab simile est quod Sulpitius Seuerus de S. Martino Turonensi attulit commemorat. *B. Martinus*, inquit, inter alpes deus secutus incidit in latronem. Cumque unus securim eleuatam in caput eius librasset, ictum ferientem dextera suffulcivit alter. *Ventis* tamen post tergum manibus vni seruandus et spolia idus traditur. *Qui* cum eum ad remotiora duxisset, perterritus ab eo cepit, quisnam esset. Respondit Christianum se esse. *Quare*bat etiam ab eo, an timeret. Tum vero constantissimè proficiscens, nunquam se fuisse tam securum, quia sciret misericordiam Domini maxime in tentationibus affucuram: se magis illi condolere, qui Christi misericordia, utpote latrocinia excrucians, esse indignus. *Ingressus*que Evangelicam disputationem verbum Dei latroni predicabat. *Quid* longius moror? latro credidit proficiscensque Martinum via reddidit, orans ut pro se Dominum precaretur, idemque postea religiosam agens vitam visus est, ut haec supra retulimus, ab ipso audientia dicantur. Et multo post subiungit de eo iam Episcopo. *In* pago *Edunorum* dum templum *B. Martinus* euertere furens gentium rusticorum in eum irruit multitudo. Cumque unus auacior ceteris stricto eum gladio peteret, reiecto pallio nullam ceruicem percussori praeiuit. Nec cunctatus ferire gentili sed eum dexteram altius extulisset, resupinus ruit, consternatusque diuino metu vitam precabatur. Eiusdem generis est exemplum *B. Dominici* apud *Theodorum* de *Apollonia*. Cum, inquit, multo tempore apud *Tolosanos* heresim expugnasset, scelerati de monum satellites de nece *Dominico* inferenda consilia captarunt, in quo possitis certo loco infestis aduentum eius praestolabantur. At ille cogita eorum malitia cantans et alacer iter refecit, eorumque furorem vitro etiam ad caecum prouocauit. *Qui* restapefacti carnifices. An non, inquit, mortem pertimescis? *Quid* facies si nos et al mortem abripiamus. *Quibus* ille. Rogare inquit, vos, ne mortem mihi celerem afferatis, sed paulatim singula membra ferro praescindere, atque ad extremum cuiuslibet membris sine reus ita mutilatum corpus in suo sanguine relinere vel pro suis propositis arbitrari vita omni priuare. Eodem pertinent exempla innumerabilium martyrum qui atrocissimam etiam mortem non timuerunt.

Sur. 4. Aug.

z celi. 14. 22.
Luc. 12. 49.
Tertull. de anima.
Chry. hom. 5.

Amb. orat. 2.

IX. REMED. sit crebra meditatio mortis coniuncta cum quotidiano moriendi affectu, iuxta monitum Sapientis. *Memor esto, quoniam mors non tardat.* Et *Christi. Esote parati, quia quā hora non putatis filius hominis ueniet.* *Per* imaginem mortis, inquit *Terullianus* fidem imitaris spiritum meditari, disci mori et viuere, discis vigilare dum dormis. *Chrysost.* ad pop. Antioch. *Christus* docebat, si quis non tollit crucem suam, et sequitur me non est me dignus. Hoc autem dicebat, non ut lignum super humeros feramus, sed ut mortem semper ante oculos habeamus. *Sicut* igitur et *Paulus*, quotidie morere, et mortem deride, praesentemque contemne vitam. *Es* enim miles semper in conspectu constitutus: miles uero mortem timens nunquam generosè se geret. *Ambrosius* de fide resurrectionis. *Sit* quidam quotidianus usus in nobis affectusque moriendi, ut per illa quod diximus, segregationem à corporeis cupiditatibus, anima nostra se discat extrahere, et tanquam in sublimi

locata quod terrena adire libidines, et eā sibi glutinare non possint, suscipiat mortis imaginem, non penam mortis incurrat. **HIER.** epist. ad Cypr. presbyterū exponens versum Psalm 89. *Dixeram tuam sic notam fac, et eris lixos corde in sapientia, ubi alii vertunt.* Dies nostros sic ostende, ut veniamus corde sapienti. Est autem, inquit, sensus numerū annorum, dierū nō nostrorum, quibus in hoc seculo nos vivere decreuisti, ostende nobis, ut præparemus nos aduentū tuo, et contempro errore mortaliū ad te pergere festinemus, cupiamusq; præsentiam tuam, et ad te festinemus corde sapienti. Nihil enim ita decipit humanū genus, quam quod dum ignorant spatia vite sue longiorem sibi seculi huius promissionem repromittunt. Vnde et illud egregiè dictū est: nullam tam senem esse, et sic decrepita etatis, ut non se adhuc vno plus anno vivere suspiciatur. Ad hunc sensum pertinet et illud quod dicitur. *Memento mortis tuæ et non peccabis.* Qui enim se recordatur quoniam esse moriturum, contemnit præsentia, et ad futura festinat. Hoc est, quod Dauid in alio precatur loco dicens. *Ne auferas me in dimidio dierum meorum, priusquam abeam et non subsistam:* quod ita exponitur. Neco tempore facias me mori, quando adhuc putabam me victurum, ut possim peccata corrigere penitentia. Si enim hoc feceris, inuentus in dilectis meis esse desistam. **ANTI-**

DORO hoc præmeditandi mortem præclare vsa est in vita sua **B. MAR-**

CELLA vidua, de qua idem Hieronymus ad Principiam Virginem. *Annis,* inquit, plurimis sic suam transiegi etatem, ut antequam vetulam cerneret, qua in adolescentulam fuisset, meminisset, laudans illud Platonici n, qui Philosophiam, meditationē mortis esse dixit. Vnde et noster Apostolus. *Quotidie morior propter vestram salutem.* Et Dominus iuxta anti qua exemplaria. *Nisi quis tulerit crucem suam quotidie, et secutus fuerit me, non potest meus esse discipulus.* Multo quoque ante per Prophetam Spiritus sanctus. *Propter te mortificamur tota die: aestimati sumus ut ovis occisionis.* Et post multas etates illa sententiā. *Memento semper diem mortis, et nunquam peccabis.* Dicitur etiam in quoque præceptum Satyrici. *Vt memineris tibi, fugi hora, hoc quod loquoriale est.* Sic ergo, ut dicere ceperamus, etatem duxit, et vixit ut semper se crederet esse morituram. Sic induta est vestibus, ut meminisset sepulchri, offerens hostiam rationabilem, vitam placentem. **DIO.** Denique hoc remedium apud omnes fere Ethnicos Philosophos fuit vulgatum, postquam Socrates apud Platonem in Phædone germanam omnis Philosophiæ rationem posuit in meditationem mortis. Vnde **M. TULLIVS** in Catone maiore. *Hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus, sine qua meditatione tranquillo esse animo quis non potest.* Et in Tusculanis. *Quæ potest esse in vita iuuentutis, cum dies et noctes cogitandum sit iam iam esse moriendum?* **SENECA** ad Lucilium. *Molestam est inquis, mortem ante oculos habere. Primam, ista tam iuuenti ante oculos debet esse, quam seni. Non enim citamur ex censu. Deinde nemo tam senex est, ut improbe vnum diem speret.* Et infra. *In somnum ituri latius hilaresq; dicamus.*

Vixi et quem dederat cursum fortuna, peregi.

Crasinum se adiecerit Deus, laeti recipiamus. Ille beatissimus est, et securus sui possess-

R r 3 for

Hier. tom. 1.

Eccli. 7. 40.

Psal. 101. 25.

In epitap. Marcellæ ep. 16.

1. Cor. 15. 31.

Psal. 41. 22.

Eccli. 7. 40.

Perf. sat. 5.

Cic. de senect.

Tuscul. 1.

Seneca ep. 17.

Ep. 30.
Ep. 16.

for, qui crastinum sine felicitudine expectat. Quisquis dixit, vixit, quotidie ad lucem surget. Et rursum. Mortem venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam iam composuerit. Et. In certum, est, quo te loco mors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta. Egregia res est, mortem condiscere. Semper descendum est, quodam sciamus expectari non possumus. Meditare mortem. Qui hoc dicit, meditari libertatem imbet. Qui mori didicit, seruire didicit. Quid ad illum carcer, & custodia, & claustrum? libertatem ostium habet.

Cyp. de mortal.

Fiat voluntas tua.

Cyp. ib.
Gen. 5. 24.

Eccli. 4. 16.

Sap. 4. 11.

Luc. 14. 26. 33.
Ibid.

Eccli. 11. 3.
Cyp. de mort.

X. R E M E D. Considera, quot honorum, maximè spiritualium, facturam facias, si plus æquo, siue sanus, siue æger reformides mortem. Primo enim aperte repugnas non solum diuinæ voluntati, sed etiam tuæ propriæ, ut bene ostendit B. CYPRIANVS. *Memini se debemus, inquit, voluntatem nos non nostram, sed Dei facere debere, secundum quod nos Deus quotidie iussit. Quam præposterum est, quam que peruersum, ut cum Dei voluntatem fieri possumus, quando euocat nos, & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis eius imperio pareamus. Hoc nitimur & reluctamur, & peruiaciam more seruorum ad conspectum Domini cum tristitia & mœrore perducimur, excutes isthinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis, & volumus ab eo præmiis celestibus honorari, ad quos venimus inuiti. Quid ergo rogamus & petimus ut adueniat regnum cælorum si captiuitas terrena delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poscimus ut acceleret dies regni? 2. Id consequeris, ut minus placeas Deo. Sic in Genesi, inquit idem, Pater, testatur & loquitur scriptura diuina. Et placuit Enoch Deo, & non est inuentus postmodum, quia Deus illum transiit. Hoc fuit placuisse in conspectu Dei, de hac contagione seculi meruisse transferri. Sed & per Salomonem docet Spiritus sanctus qui Deo placeant maturius hinc exire, & citius liberari, ne dum in isto mundo diutius immorantur, mundi contactibus polluantur. Raptus est, inquit, ne in alia mutaret intellectum eius, placita enim erat Deo anima eius: propter hoc præparauit educere eum de mediâ iniquitate. Eius est in mundo diu velle manere, quem mundus oblectat, quem seculum blandiens atque decipiens illecebris terrenæ voluptatis inuitat. 3. quo plus times mortem, hoc minus ostendis te paratū ad martirium, eiusque meritum, cum tamen quilibet Christianus secundum professionem suam paratus esse debeat potius sanguinem suum profundere, quam Christum negare, vel aliud peccatum mortale committere. Vnde Christus. *Qui odit animam suam, non potest meus esse discipulus. Et. Qui non renūciaverit omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus. Vt nihil aliud, inquit idem Cyprianus, mortalitas ista contulerit, hoc Christianis & Dei seruis plurimum præstare, quod martirium capimus libenter appetere, dum mortem discimus non timere. 4. quia conuicis te in periculum ne à salute excidas, maximè cum ab ultimo vitæ momento pendeat vel salus vel exitum sempiternum. Dicit enim Ecclesiastes. *Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Illud quoque egregium, ait Cyprianus, quod ait scriptura. Ante mor-***

rem non laudaueris quinquam. Vnusquisque enim in noui simis suis cognoscitur, & c
quia cuiusque sibi, quamdiu uiuit, obnoxius est lapsui, nec senectus immunis à crimine. Na n si laudari ante gubernator non potest, quam in portum nauem deduxerit, quomodo laudabis hominem, priusquam in stationem mortis successerit. Dux ipse nisi confesso proelio non sumit lauream, nec miles arma deponit, nec stipendii mercedem adipiscitur nisi hoste superato. Et vulgatum est dictum Augustini ad Hesychium. In quo quemque intenerit suis nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur. Consentit & hic, quod mirum est, SENEC A. Omnis dies, inquit, velut vltimus ordinandus est. De felicitate hominis vltimus dies iudicat. Quod si in periculum salutis te nō adducat nimius metus mortis, saltem imminuet patientiæ, spei, deuotionis, caritatis in Deum, ceterarumque virtutū meritum, & quia, mœrore, metuque immoderato mortis, potius auges morbum corporalem quā imminuis, imò mortem ipsam accersis, quam animi lætitiæ & tranquillitate multi depulerunt. Multos enim, ait Ecclesiasticus, occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Et. A tristitia festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis soluit ceruicem. Et SENEC A. Inquietam nobis vitam facimus metu mortis, & tanta est hominum dementia, vt quidam timore mortis cogantur ad mortem.

Aug. ep. 30.

Sen. ep.

Ecc. 10. 29

Sen. ep. 127

Prou. 1. 21

Eccl. 1. 17

Matth. 10. 28

Ica. 38. 1

Matth. 13.

Luc. 22. 44.

Cyp. serm. de

passione.

Hieron. e. 27.

Ica.

XI. REMED. Considera etiam si laudandi non sint, qui plus æquo reformidant mortem, eos tamen laudandos esse, qui moderate id faciunt, propter iudicii diuini seueritatem post mortem secuturi, suamque de salute incertitudinem. *Beatus enim homo*, inquit Salomon, *qui semper est pauidus*. Et Ecclesiast. *Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die obitus sui benedicetur*. Et Christus. *Timete eum, qui potest animam & corpus mittere in gehennam*. Exemplum habemus pii regis Ezechia, qui non solum mori timuit, cum ex Isaia Propheta mortē sibi decretam didicit, sed etiam multis lachrymis eā est deprecatus. Deinde Christi Domini qui in horto Gethsemani horrore mortis ita cœpit pauere & tædere, vt exudarit sanguinem. Vnde B. CYP. *Domine tristem te vsque ad mortem præ nimia anxietate sanguineo sudore perfusus coram Apostolis es professus. Audiens hæc ego expansi. Quis enim non timeat, si timeat ille, quem omnia timent, si pauerit illo, cui omne genu seruat, si ille qui mors est mortis & morsus inferni morte propinquante pertimescit? nonne tu docueras & instruxeras fideles tuos, vt non timerent, eos qui corpus occidunt, quia vsq. ad animam tyrannica violentia non attingit. Sed metus ille infirmitatis humanae cōmunem exprimebat affectū, & generalitacē omnium in carne viuentium hoc dolore vrgeri, & dissolutionē corporis & spiritalisque naturæ hac molestia non posse eare, & hanc pœnam vniuersæ successioni Adam sine exceptione impossib. vt difficultas extremi transitus timeretur. Et hæc quidem molestia in eos, qui Dei iudicio rationem redduri occurrunt, non immerito cadit. Et HERON. libro II. commentariorum in Isaia occasionē piæ regis Ezechia deprecantis mortem, annotat, etiam sanctos viros morte*

terretur.

tereri propter incertum iudicij & ignorantiam sententia Dei, quam sedem habituri sint. Et in vita B. Hilarionis eremitæ hæc habet de eo iam morti proximo verba. *Iam que modicus calor tepebat in corpore, nec præter sensum quicquam vitiis humanis supererat, & tamen apertis oculis loquebatur. Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis seruisti Christo, & mortem timeas?*

Chry. hom. 45.
Gen. 29.

In hæc verba exhalauit Spiritum. CHRYSOSTOMVS in commentariis in Genesin profert exemplum Abraham Patriarchæ exponens verba illa. *Dixit autem Abraham de Sara vxore sua. Soror mea est: ne forte occiderent eum viri diuitatis propter illam. Vide, inquit, quomodo à violentis affectionibus anima iusti impugnetur, & timor eum incessat. Vide quomodo propter mortis metum iustus tulle. Cæterum non ideo condemnes iustum ob pusillanimitatem, quod mortem timeat, sed potius admirare conditorẽ vniuersi, qui tanta erga nos est misericordia, quod iustus illis & sanctis tunc terribilem, eandem nunc ita contemptibilem fecerit Christus, ut quam formidabant illi virtute clari, nunc derideant, & iuuenes, & teneræ virgines. Et alibi cum agit de plâctu magno septem dierum quem Ioseph Patriarcha fieri iussit in morte patris sui Iacob. Verum tu hæc, inquit, audiens dicitur ne simpliciter prætercurrere, sed tempus cogita, quo facta sunt, & ab omni culpa libera Ioseph. Nondum enim fuerunt portæ inferni confractæ, neq; inferni vincula dissoluta, neq; mors dicebatur dormitio. Ex his verbis minimum habes ex sententia Chryso-*

Id. hom. 67.
Gen. 50. 1.

Id. hom. 6.

stomi veteres patres mortem timuisse. Quod autem ex nouo testamento aliqui etiam timuerint mortem saltem violentam liquet exemplo Pauli, quem in homilia de laudib. D. Pauli fatetur mortem timuisse, his verbis. *Sed & mortem, inquit, Paulus aliquando pertimuit. Quod si ego Paulum fuisse hominem denegarem, merito mihi hæc natura eius fragilitates opponeres: si verò ipse confirmo, quia homo fuit, & nulla etiam naturæ condicione nobis præstantior, fuit tamen melior voluntate, frustra mihi ista proponis. Ipse enim, qui mortem timuit, dicebat. Quam diu sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, &c.* AVGVSTINVS libro primo de Ordine in fine ait, *horrore mortis non terri, viris etiam doctissimis est difficillimum, licet omnes confiteantur summam Philosophiæ arcem esse, non terri. Et libro de immortalitate animæ. Nihil, inquit, difficilius, quam non metuere mortem, & ab illecebris huius mundi, sicut pericula postulant, temperare. Tanta est tamen anima, ut etiam hoc possit adiuuante sane iustitia sibi mi & veri Dei. Ad dit deinde posse eam in virtute eousque proficere, ut etiam pro summo munere mortem desideret. In libris quoque de Ciuitate Dei approbat Philosophorum*

2. Cor. 5. 4.
Aug. c. 11.
Idem c. 33.

Aug. l. 19. c. 4.
Cic. l. offic. & de
Fin. 4. & 5.
Greg. c. 17.

sententiam, dum dicunt hanc esse naturæ primam quodammodo & maximam virtutem, ut homo concilietur sibi, & propterea mortem naturaliter fugiat. GREG. libro 24. moralium. *Sæpe crescit pavor mortis in electis vicina retributione iustitiae, & urgente solutione carnis, quanto magis districtum iudicium iam iam que quasi tangitur, tanto vehementius formidatur. Et si ea que sciunt, nunquam se prætermisisse minuerunt, formidant tamen illa que nesciunt: quia vident licet semetipsos diiudicare & complere.*

comprehendere omnino non possunt, atq; urgente exitu subitioni terrentur metu. Unde redemptor noster solutioni carnis appropinquans, & membrorum suorum seruans speciem, factus in agonia, cepit prolixius orare. Et paulo post. Consideramus etiã, quia nec hoc quidem sine aliquo reatu nostro est, quod laudabiliter gessimus, si remota pietate iudicemur. Quis enim nostrum vitam precedentium Patrum valeat vel superare vel assequi? & tamen David dicit. Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. &c. Quid ergo factent tabulae, si tremunt columnae? Et alibi sic scribit. Cogitandum valde est, quantum nobis erit terribilis hora nostrae resolutionis, qui pavor mentis, quanta tunc omnium malorum memoria, quae obliuio transactae felicitatis, quae formido & consideratio iudicis. Quid ergo esse nobis de presentibus, ad delectationem debet, quando cunctis simul transeuntibus non valet transire quod imminet? quando & hoc suaditus finitur, quod diligitur, & illud incipitur, ubi dolor nunquam finitur? Tunc maligni spiritus egrediente anima sua opera requirunt. Tunc mala, quae susserunt, replicant, ut socium ad tormenta trahant. Sed cur hoc de peruersa solummodo anima dicimus, cum ad electos quoque egredientes veniant, & suum in illis, si praeualeant, aliquid requirant? Quod autem metus mortis quibusdam sanctis viris sit salutaris docet in quarto dialogo. Plerumque, inquit, de culpis minimis, ipse solus pavor egredientes in sanctorum animas purgat, sicut narrari de quodam sancto viro mecum frequenter audivi. Qui ad mortem venturus rebelementer intuit, sed post mortem disci, uisus in stola candida apparuit, & quam preclare se suscepit indicauit. Nonnunquam verò omnipotens DEVS trepidantium mentes quibusdam prius reuelacombus roborat, ut in morte minime peritescant. Nam quidam mecum in monasterio frater Antonius nomine vivebat, qui multis quotidianis lacrymis ad gaudia patriae caelestis anhelabat. Huic per visum nocturnam dictum est. Paratus esto, quia Dominus iussit migrare te, cum quo ille non habere se sumptus ad migrandum diceret, responsum protinus audivit dicens. Si de peccatis tuis agitur, dimissa sunt. Quod cum semel audivisset & magno adhuc metu trepidaret, nocte quoque alia eiusdem verbis est admonitus. Tunc post quinq; dies febre correptus cunctis fratribus orantibus stentibusq; defunctus est. Hæc ille. Illustre exemplum metus mortis habemus in B. AARSONIO eremita Arcadii quondam Theodosii imperatoris filii magistro, de quo sic loquitur Simeon Metaphrastes. Postquam adfuit tempus translationis, licuit videre illum ipsam Arsenium, qui erat pauloante vel angelis virtute similis metu pulsari & opprimi, & ad lachrymas effundendas moueri. Rogantibus ergo discipulis: Et tu pater times mortem? Responsum, inquit, hic metus, quo nunc me videtis affici, nunquam omnino à me recessit, ex quo factus sum monachus. Hoc cum dixisset, & presentibus Patribus quam fieri potuit iucundissime, quae in exitu dici solent verba esset elocutus, sanctorum angelorum manibus verè beatam tradidit animam, cum vixisset quidem inter monachos quinquaginta quinq; annos, omnes autem centum viginti.

VIDE. V. Amor sui. Immortificatio passionum. Impatentia in aduersis. In morbis. In morte carorum. Pusi animi. Timor humanus. Tristitia.

Ss MV.

Cap. 18.

Psal. 142.

Id. hom. 39. in
Euang.

Id. c. 46.

Cap. 47.

Sur. 19 Jul.

MVLIERVVM COMMORATIO MAXI
ME CVM CLERICIS ET MONACHIS.

Remedia contra Mvl. Commorat.

- I. R E M E D.** Considera sacrarum litterarum testimonia. Primò enim
- Prou. 2. 16.** absterrent nos à societate mulierum : Vt in prouerbis Salomonis, si intraueris, aiunt, sapientia cor tuum, consilium custodiet te, vt erudis à muliere aliena, & ab extranea, que molit sermones suos, & pacti Dei sui oblita est, inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semita ipsius. Et Ne attendas fallacia mulieris, fauus enim distillans labia meretricis, & nitidus oleo guttur eius, venisima autem bellius arma quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Et iterum. Confersa fili precepta patris tui, custodiant te à muliere mala & à blanda lingua extranea. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius : pretium enim scorti vix est vnus panis. Et in Ecclesiastico. Non des mulieri potestatem anime tue, & virtutem tuam, & confundaris. Ne respicias mulierem multitalam, ne forte inclinet te in laqueos illius. Virginem ne conspicias, ne forte scandalizet in decore illius. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne sedes omninò, nec accumbas cum ea super cubitum, ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. 2. delictibunt nequitiam mulierum. Vt in Ecclesiastico. Non est caput nequitiæ super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni & dracon placebit, quam habitare cum muliere nequam. Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcecat vultum suum tanquam visus, & quasi saccum ostendit. Breuius omnis malitia super malitiam mulieris. Etrursus. Sicut boum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam, qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnosceatur. Ab omni reuerentia oculorum eius caue, & ne mireris, si te neglexerit. Et iterum. In malis mulierum noli commorari de vestimentis enim procedit tineas, & à muliere iniquitas viri. Melior est enim iniquitas viri, quam mulier benefaciens, & mulier, confundens in opprobrium. Et in prouerbis Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, vt non comburantur planta eius sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui non erit mundus, cum retinuerit eam. Quomodo autem mulier adolescentem in laqueos suos induat, paulo post ibidem prolixè declaratur.

II. R E M E D I V M. Considera S. Patrum sententias. Ac imprimis D. CYPRIANVS in libro de singularitate Clericorum asserit diuina reuelatio-

relatione se cognouisse, ne clerici cum feminis commorentur. *Quia*, inquit, nunc de feminarum commoratione vulgariter inter vos quidam ignominiose deuluit sunt, etiam de hac re specialiter vobis Domini correptionem scribere compulsum sum, qui miserum me pro vestra negligentia cum severitate commoniens, mandare precepit, ne clerici cum feminis commorentur. Et licet hac admonitio sola litterarum mearum auctoritate sufficeret, tamen ne somniantorem irrideat quisquam sicut Ioseph fratres irriserunt, scripturarum addimus firmitatem, ut omnes sciant hoc etiam modo per revelationem Dominum iudicari, quod litteris cognoscitur, ante iussisse. His verbis inchoat librum, terminavit autem hunc. Perditionis mediatio est, frequentationum inter mulieres celebrare processum: de qua re nobis Salomon moderamen imposuit dicens. In medio mulierum noli assiduas esse. Sic igitur ambulate, sic agite, ut semper in clericis Ecclesia senatus candidus constet. Severitas in vobis circa feminas vigeat, auctoritas polleat, vigor teneatur, gravitas veneretur. Ut semel omnia colligamus ad clausulam, brevitatem relegimus vobis, quod ad copiosam plenitudinem religens Paulus Apostolus insinuat. De cetero fratres, quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bona fama, si qua virtus, si qua laus discipline, hac cogitate, qua accepistis & didicistis, & audistis, & vidistis in me. Hac agite, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum? Amen. S. BASILIUS in admonitione ad filium spirituales. Ab aspectu nefando averte oculos tuos, & ne delesteris pulcherrimum vultus feminarum, ne per talem oblectationem vltima exolvas supplicia. Memento cui dedicasti membra tua, & ne commisceas illa meretricibus. Reflette amorem ab amore mulieris, neque ab amore Domini te amor excludat. Non te similes simpliciter accelerare ad virginum donus, nec velis cum eis vii longis & otiosis fabulis, ne per plurimas sermocinationes verorumque mens polluantur. Si ad feminarum domus impetune accesserit clericus, vel monachus, ut virgo patiatur huiusmodi introire ad se, statim immutans pristinam dignitatem, & quod Domino pollicenti sunt sua voluntate amittunt. Nec enim potuerunt huiusmodi mansionem in se Domino preparare, sed desolabuntur ut lignum aridum. B. EPHRAEM in Doctrina varia. Non decet monachum ullam habere cum femina societatem: ad eam vero qua virginatatem proficitur prorsus ne accesseris, siquidem nullus in te carnalis sensus viget. Nam monachum inter epulas cum feminis versari, idem est ac se in ignem proicere. Qui autem earum fugit consuetudinem, fugiat tanquam damna ex retibus, & velut avis ex laqueo. Etenim sermone aduersis improbas mulieres. Christus ipse dicit in Evangelio. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Verè tremenda hæc est admonitio, & multa vigilantia opus habet. Quid enim est mulier? Laqueus comptus, & homines in voluptate illiciens, que splendida quidem facie, & excelso collo oculis annuit, & genis arridet, lingua verò dulciter canens voce alios decipit, & sermone pellicit, &c. Quid est mulier? naufragium super terram,

C. Baron. roth
& Anal. Eccl.
probat esse genuinum. Cypri
partum.

Eccl. 42. 28

Phil. 42.

Rasid.

Ephr. tom. 2.

Matth. 5. 28.

Hier epist. 2.

Idem lib. 1.
Prou. 30. 15.

Chryf. hom. 14.

Eccli. 27. 22.

Aug. serm. 250.

Greg. lib. 11. ep.
41.

fons nequitia, thesaurus immunditia & malitia, morti fera conuersatio atque confabulatio, oculorum pernicities, aurium exitium, cordis speculum, iuuenum perditio, septrum inferni, & concupiscentia praeceptum. Quid est mulier? causa diaboli, requies serpentis, diaboli confectio, dolor inconsolabilis, caminus succensus, malitia incurabilis diurna confabulatio, hospicium lasciuorum, & officina demonum. &c. S. HIER., ad Nepotianum, de vita clericorum & Sacerdotum. *Hospicium tuum, rarè, aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes puellas, & virgines Christi, aequaliter ignora, aut aequaliter dilige. Ne sub eodem tecto mansues: ne in praerupta castitate confidas. Nec sanctior David, nec Salomone fortior, nec Salomone potes esse sapientior, memento semper, quod paradisi columnam de possessione sua mulier eiecerit. Et in Iouinianum. Illud vero quia taceat quot sub aenigmate scribitur. Sancti patres tres filiae erant dilectione dilecta: sed ista non saturauerunt eam: & quarta non sufficit dicere, satis est. Infernus est amor mulieris, & terra, quae non satiatur aqua & ignis exestuans. Non hic de meretrice, non de adultera dicitur: sed amor mulieris generat & accusatur, qui semper insatiabilis est, qui extinguitur accenditur & post copiam rursus inops est, animi uero virilem effeminat, & excepta passione, quam suscipit, aliud non sentit cogitare. B. IOAN. CHRYSOST. homilia de muliere mala ad varia loca Matthaei. Ego existimo nullam esse in hoc mundo bestiam comparabilem mulieri in male. Sed rursus uerbi de casti sermo est, non de bona & honesta. Quid enim inter quadrupedia animalia leone scitius? sed nihil ad hanc. Aut in serpentibus, quid dracone atrocius? sed ne hoc quidem iuxta mulierem malam & linguosam conferri potest. Nam & leo & draco in malo inferiores sunt. Testificatur huic sermone meo sapientissimus Salomon dicens. Cohabitare leoni & draconi melius est, quam cum muliere mala & linguosa. Et infra. Mulier impudens nemini parcat, non Leuitam honorat, non Sacerdotem reueretur, non Prophetam deserit. O malum omni malo perius mulier mala, siue illa pauper sit, siue diues; duplex malum est, si habeat facultates malitiae suae cooperantes: inleuabit vipera, immedicabile venenum. Scio ego & aspidem blandimentis incantantiu mitigari, & leones, & tygres, & pardos domita feritate mansuescere. Mulier mala, etsi inuicem patitur, et si honore accipiat, extollitur &c. B. AUG. in sermonibus de tempore. Contra libidinis impetum apprehende fugam si vis inuenire uictoriam. Nec tibi recurrendum est fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Unde fratres carissimi ab omnibus Christianis praecipue tamen clericis, siue monachis indigna & honesta familiaritas fugienda est, quia sine ulla dubitatione, qui familiaritatem non uult uitare si spectam, cito dilabuntur in ruinam. Sed forte negligens quisque & minus de anima sua salute sollicitus respondet & dicit. Ecce ego & familiaritatem habeo mulierum & extranearum, & tamen castitatis ornamenta custodio. Infelix est nimium periculum si ista presumptio. Mulier enim dum se putabat vincere, uicta sunt. S. GREG. Chriftanto Episcopo Spoletano. Ex quorundam relatione cognouimus sacerdotes territorii. Nisi si cum mulieribus extraneis commanere. Pro qua re ualde nos fraternitas tua contristatos agnoscat: quae dudum talia, si tamen cognouit, minimè passa est coerceri. Sed quoniam*

nia n̄ precipimus Desensori ve hac debeat modis omnibus emendare. si quisquam ex eis in tali capitulo contumax voluerit apparere ad fraternitatis tue eum debent euocare iudicium. Ideoque sanctitati tue necessario duximus scribendum, ut si quos de sic. rdo. tibus ad tuam diocesim pertinentibus procaces inuenerit, admonitioni sacerdotali praemissa & si res ita exegerit, etiam & canonicam adhibens disciplinam de caetero emendare festinet.

III. R. E. M. Considera exempla eorum, qui occasione mulierum turpiter lapsi sunt, vel perierunt. Quae commemo at B. EPHRAEM in sermone aduersus improbas mulieres & iisdem verbis Chrysostrmus loco su praerato. Leones, inquit, in lacu Danielem veriti sunt, at Naboth & Zabel occiderunt. Cete vultu suo Ionam seruauit: Dalila vero Samsonem septem crinibus capitis eius abscissa tradidit alienigenis. Dracones & effides ac bestiae cornuta Ioannem in eremo timuerunt. Herodis vero in comitio issem decollauit. Corui Eliam in monte suscitauerunt: at Izabel ipsam post beneficium pluuie acceptum ad necem persecuta est. Et paulo post. Diabolus per mulierem a principio Adamum in paradiso peruerit, per mulierem castissimum Ioseph in carcere conclusit. Per mulierem Dauidem ad Vriam Hebraeum dolo occidentium concitauit. Per mulierem sapientissimum Salomonem ad praerandandum induxit. Per mulierem cunctos oppugnat, cunctos dedecorat, cunctos occidit. Similiter B. Hier. ad Eustochium, de custodia Virginitatis. Samson leone fortior, & saxo durior, qui & vnus, & nudus mille persecutus est armatos in Dalila mollescit amplexibus. Dauid secundum cor Domini electus, & qui venturum Christum sancto saepe ore cantauerat, postquam deambulans super tectum domus suae Bethsabee captus est nuditate, adulterio innoxit homicidium. Vbi & illud breuiter attende, quod nullus sit etiam in domo tutus aspectus. Salomon, per quem se cecinit iussu sapientia, qui disputauit a cedro Libani vsque ad hispanum, quae exiit per parietem, recessit a Domino, quia amator mulierum fuit. Et ne quis sibi de sanguinis propinquitate consideret in illicitum Thamar sororis Amnon frater exarsit incendium. IDEM ad Ctesiphonem aduersus Pelagium scribens non dubitat affirmare & haereses natas occasione mulierum. Simon, inquit, magus haeresim condidit, Helena meretricis aduersus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditatum repletor ebrosos duxit femineos. Marcon Romam praenisit mulierem, quae decipendos sibi animos praepararet. Appelles Philomenem suarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi spiritus praedicator multas Ecclesias per Priscam & Maximillam, notabiles & opulentas feminas primu atro corrupit, deinde haeresi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora transiendam. Arius, vo orbem deciperet, sororem Principis ante decipit. Donatus per Africam, v: infelices quosque fuerentibus pollueret aquis, Luciliae opibus aduersus est. In Hispania Agape Elpidium, mulier virum, caecum caeca duxit in suam, successorem q sui Priscillanum habuit, Zoroastris magi studiosissimum, & ex mago Episcopum cui tanta Gallia, non gente sed nomine, Germaniam huc illuc q currentem alterius & vicina haereseos reliquit haeredem. Nunc quae misterium iniquitatis

Ephr. tom. 1.
Chryf. hom. 14.
Dan. 6. 22.
3. Reg. 11. 13.
Ioan. 2. 1.
Iud. 16. 27.
Marc. 6. 27.
3. Reg. 17. 6.
Gen. 3. 4.
Gen. 39. 20.
2. Reg. 11.
3. Reg. 11. 7.
Hier. ep. 22.
Iud. 16. 15.
2. Reg. 11. 4.
Reg. 4. 11.
2. Reg. 13. 14.



operatur. Duplex sexus virum & supplantas. Quod ad nostrum sæculum attinet LUTHERVS omnium hæreticorum parens, votis licet monasticis obstrictus, non dubitauit sanctimoniam sibi matrimonio copulari. Cuius exemplum secuti sunt omnes, quotquot nunc Lutherani Ministri, Caluiniani, Suenkfeldiani vel aliter, appellantur; summi calibatus hostes.

IV. **R M E D I V M.** Considera periculum, in quod se coniciunt clerici vel monachi, qui contubernio mulierum carere nolunt. *Qui autem amat periculum, in illo peribit*, ait Sapiens. Hoc autem cognoscere potes primum ex eo, quod SS. Patres couenienter cum S. Scriptura mulierem comparent cum leone, pardo, dracone, scorpione, colubro, vrsu, aliisque ferocibus animalibus, quibuscum versari summum est periculum. S. Hieronymus in epistola quadam de vitando suspecto contubernio, ita scribit virgini cum clerico commoranti. *Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habes quotidie, aut perire, aut vincere? Quis unquam mortaliū iuxta visperam securos somnos caput? quæ e se non percutiat, certe sollicitat. Securius est perire non posse, quam iuxta periculum non perisse.* Et B. CYPRIANVS de singularitate clericorum. *Nunquam securus cum thorsuro latro tenetur inclusus, nec intra vnā caueam habitans cum lupo tuus est agnus.* 2. liquet ex eo, quod Saluator noster apud Beatum Mathæum clarè denunciât, quisquis vel viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mochatum esse eam in corde suo. Quomodo autem non sæpe videat, qui cum ea commoratur, aut sæpe inuisit? *Sæpe numero*, inquit B. EPHRAEM in sermone de iudicio & retributione, *quis vestrum lasciuie nomine prohibente mulierem aspexit, & cogitationem sceleris admisit, præterit illi. Similis est ille caprea spiculo transfixa, quæ cum venatorū manus cuserit, sagittam tamen secum in teore gestans obiit.* Quod si tuus aspectus non sit lasciuus, non idcirco periculum euasisti. Frequenter enim mulier inspecta iactu oculorum, inquit B. BASILIVS scribens in Isaiam, *sagittam planè exitalem emittit eiusmodi tandem obtinet rumor de basilisci natura, quæ dicunt solo aspectu corrumpere suos spectatores.* 3. periculum liquet ex eo, quod ne quidem coniugati nec alii seculares semper ab eo immunes sint. *Si illi*, inquit CYPRIANVS, *qui duo sunt in carne vna concreti tentationibus mutuis inuicem punguntur, quid facient hi qui in vna carne nec nati, nec iuncti sunt?* Et rursus. *Nunquam*, ait, *desideriis carnalibus spiritum cessat infestare corpus humanum, quod Apostolus affirmat dicens. Caro concupiscit, inquit, aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. hæc enim inuicem aduersantur sibi, ut non quæcunque vultis, illa faciatis. Habes nunc carnem tuam, quæ superes semper. Quid tibi vis alteram velle conducere? Nemo super vnā febrem cupit adhibere peiorem: neque aliquis super eius proprium tollit in super alienum, ne oneribus duobus oppressus vsque ad inferos demergatur.*

V. REM. Confira, qua in paradoxa sit excusatio eorum, qui pericula vel contemnant, vel quia sperant se ab eis immunes fore, vel quia iam dudum experti sint, se ab omni lapsu immunes fuisse. At ut fuerint à lapsu grauiori, an ideo à lasciuis oseulis, à choreis, quas illi vocant honestas, an ab omni petulanti contactu, an à cogitationibus impudicis? Certè S. Patres eam non admittunt. *Lubrica spes est*, ait B. Cyprianus, *que inter fomenta peccati saluari se sperat. Incerta victoria est, inter hostilia arma pugnare. Et impossibilis liberatio est, flammis circumdari, nec ardere. Quod Salomon non negat dicens. Quis alligabit in sinu suo ignem, vestimenta autem sua non comburet? aut quis ambulabit super carbones ignis, pedes vero non comburet? &c. Difficile quis venenum bibet, & vitet. Vprendum est dormienti in ripa ne cadat cum dicat Apostolus. Qui se putat stare, videat ne cadat. In hac parte expelet, plus bene timere, quam male fidere. Et virilis est infirmum se homo cognoscat, ut fortis existat, quam fortis videri velit, & infirmus emergat. Et S. BASILIVS in constitutionibus monasticis. Quod si quis dicat ex assiduo se cum mulieribus colloquio, congressuq; & conuictu non admodum ledi, hic sine dubio, aut maris natura particeps non est, & portentum est quoddam insolentissimum, & præter omnium opinionem admirabile & in vtriusq; sexus, ut ita dicam, consensu positum: cuiusmodi esse illos ferunt, qui nati Eunuchi sunt: siquidem hoc illis etiam velimus tribuere, quod nullo modo feminarum libidine moueantur. Et S. BERN. in Cantica. Cum femina semper esse, & non cognoscere feminam, nonne p^o est, quam mortuum suscitare? Quod minus est non potes, & quod maius est, vides credam tibi? Quotidie latus tuum ad latus iuencule est in mensa: lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tue ad manus ipsius in opere, & continens vis putari? Esto ut sis, sed ego suspicione non careo. DICENT forte, humana quidem virtute id fieri non posse: Nemo enim potest esse continens nisi Deus dederit, posse tamen diuina & virtute, & gratia, quam quotidie in precibus implorent. Sed audiant quid respondeat B. CYPRIANVS. Custos nobis datus est spiritus, sed ut contraria declinantibus assistendo subueniat, non ut contraria eligentibus fauceat, nec ut voluntarios & pronos in aduersa confortet, sed ut ab aduersis nitentes separari confirmet. Nam quicumque pernicissis conatibus audet exercere virtutem, iuuamen non habet Spiritus sancti, qui neminem vult vitroneum virum fortem ad fraudulentas victorias coartari, nec protegit eum quinimo, sed deserit, quem periculis irruentem per illicitos euentos exquirere triumphos agnouerit, sicut ipse iam tunc per Salomonem locutus est dicens. Amans periculum in ipso periet. Ordine suo igitur, non nostro arbitrio virtus sancti spiritus ministratur, & secundum institutum eius valia, prosperantur. Va, qui per presumptionem aliquid faciunt, & non per Deum.*

VI. REMEDIUM. Considera, esto absit omne periculum, tamen non abesse scandalum. Vnde B. Bas. Verum quod ratio non dat, inquit, hec de-

Cyp. l. cit.

Prou. 6. 27.

1. Cor. 10. 12.

Basil. c. 4.

Bern. serm. 64.

Sap. 8. 21.

Cyp. l. cit.

Eccli. 3. 17.

Basil. c. 10.

Cyp. cit. l.

Matth. 18. 7.

Phil. 2. 4.
I. Cor. 10. 33.
Hier. ep. 47.Rom. 12. 17.
Bern. l. cit.

Matth. 5. 29.

Matth. 23. 17.

Cyp. l. cit.

mus nos in disputatione, posse videlicet aliquem existere, qui nullis libidinibus deturba-
 ratur. Verum et si hoc ipse sentit, qui quæso hoc ita esse, ceteris item facile por-
 rit persuadere? Porro quod quis nulla proposita utilitatis spe multitudinem scandali-
 zet, hoc ei arbitror non vacare periculo. Et B. CYPRIANVS. Si alicui tanta fiducia
 est de immobilitate propria firmitatis, saltem sollicitus reformidet, ne ipsi scanda-
 lum visibus alienis, sed terreatur voce Domini comminantis. Va, inquit, huic mundo
 ab scandalis: veruntamen, va homini illi, per quem scandalum venit. Si has Domini
 comminationes religioso corde metuiamus & reueremur, plus de aliis, quam de nobis ex-
 timefcamus periculum nostrum qui mutuis, testante Apostolo Paulo, utilitatibus ob-
 ligamur. Non quæ sua sunt, inquit, singuli cogitantes, sed quæ aliorum. Et iterum,
 Ne quod suum est querat, sed quod alterius. Et B. HIERON. Quod se dixeris. Et mihi
 sufficit conscientia mea: habeo Deum iudicem, qui mea vita est testis: non curo, quid
 loquantur homines. Audi Apostolum scribentem. Propidentes bona non solum coram
 Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Et S. BERN. Esto ut sis, continens, sed
 ego suspitione non carco. Scandalo mihi es, tolle scandali causam, quo te præbes verum,
 ut iactas, Euangelij amulatorem. Qui scandalizauerit vnum de Ecclesia, nonne Euan-
 gelium condemnat illum? Et infra. Cohabitationem, si nescis, virorum & feminarum
 in iis qui vouere continentiam verat. Si non vis scandalizare Ecclesiam, eice feminam.
 Alioquin ex hoc vno cetera, quæ non adeo manifesta sunt, proculdubio credibilia sunt.
 Sed quo mihi, inquit, Euangelij loco monstras prohibitum istud? Euangelium appella-
 st, ad Euangelium ibis. Si obedias Euangelio, non facies scandalum. Prohibet enim pla-
 ne Euangelium scandalum fieri, &c. Nam hoc mandatum habet ex Euangelio, non pat-
 cere nec proprio oculo scandalizanti se, non manui, non pedi, sed eruere illum, abscindit
 ista & proicere ab se. Si, inquit, Ecclesiam non audierit, se tibi sicut Libanus & pu-
 blicanus

VII. R E M E D. Considera pessimos effectus commorationis mulie-
 bris cum hominibus facris, & contra, optimos singularitatis. Hos graui-
 tate describit vnus B. CYP. his verbis. Respicite quanta mala contusatio purita-
 tatis huius acquirat, quæ non nisi corruptionem seminat, pullulat vitia, cupiditatem
 concipit, ignominiam parit, rabiem contrahit, porrigit furiam, lasciuiam paschi, petulan-
 tiam nutrit, casus exalcat, ruinas adificat, ripas eripit, precipitia instruit, periculis na-
 uigat, naufragiis velificat, perditione gaudet, interitum sinit, confisionem mercatur,
 thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusationes inflammat, & caetera
 tim semel in factum glomerans numerosas indagines captiuorum, per infinita dedecorum
 multiplices mortes inuehit in perniciem perditorum. TOT itaque & tantas strages ca-
 lamitatis & pessime conuersationis, nemo prospert, nemo calcat, nemo funestas, nisi
 singularis castitas sola, quæ munimen inuictum est sancti monia & expugnatio foris
 infamia, fortitudinis firmitas, & lasciuie secularis infirmitas, probitatis praesidium,
 & improbitatis excidium, anima victoria, & corporis præua, libertas gloriarum, &
 ferilitas criminum, pronuba sanctitatis, & repudium turpitudinis, sinceritatis indi-
 cium, & abolitio scandalorum, &c.

VIII. RE-

VIII. REMED. Considera dignitatem status Ecclesiastici, & monasticii, quamq̄ dedecet in eorum domiciliis exercitia muliebria videri. Hoc anudotum non omisit idem Cyprianus, *Contenti estote*, inquit ad Clericos, *singularitatem laboriosam pro pudore seruando potius sustinere, quam sine labore ad dedecus peruenire. Contemplamini, quid sit populo sancto præesse, & considerate quid sit diuinis sacramentis insistere. Altaribus placere debent, qui de altaribus viuunt, & talis conuenit cura sinceritatis sacratis, qualia sunt sacra ipsa, quibus exhibent officia se, utritis: ne circa Dominum offendant ipsi, quod tractant, aut circa populum incipiant impedire, quod prædicant. Propter quod Paulus Apostolus sic testificatur. Et o-*

mnis, inquit, sustinemus, ne quod impedimentum demus Euangelio Christi. Et iterum, Nemini dantes ullam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Hæc igitur institutione vobis quam plurimum laborandum est, de iis, quibus ad manifestandam grauitatem singularitas magis quam pluralitas testis vera est. Et multo ante. Quando libera non est simplex reuerentia, quid illic geritur, vbi libertatis sumit mulier in contubernialitate constantiam, quando in domesticis negotiis, nunc lacertos ac femora lanificis operibus nudat, nunc æstuans detegit membra, nunc fatigata iactatur, aut in risum aliquando dissoluitur? nunc blanditias exhibet & quod est venenosius super cuncta psallere delectatur, aut canere? cuius cantu tolerabilis est audi. e. basiliscum sibilantem. Contra quam Salomon sic nos cautos efficit dicens. Cum saltatrice noli assiduus esse, nec audias illam, ne forte disperdas in efficaciam illius. Taceo reliqua, quæ magis pudenda sunt, quam dicenda. Et CHRYS. in sermone contra clericos qui forores adoptiuas secum habent. Quale est si in domum viri solitarij itur, videre calceos muliebres suspensos, & cingula & mitras, calathiferos, & circulos, & pellines, & fusa & alia, quæ particulatim omnia numerare non datur. Sin autem vterius de his quosciscris, plurimus est risus. Primum quid in puellarum tanta turba solue paciscitur, quasi chorales in orchestra, qui in choro mulierum saltantium concinit, quo quid turpius & inhonestius? Deinde disrumpitur tota die familiaribus succensens obres quæ ad mulieres spectant, &c. multa.

Cyp. l. cit.

1. Cor. 9. 12.

2. Cor. 6. 3.

Eccli. 9. 4.

Chryf.

C. Nic. can. 3.

C. Carth. 3. c. 17.

C. à nobis, de

cohab. cl.

Possid. in. vita

626.

IX. REMED. Considera, etiam si canones Ecclesiastici, ex Concilio Nicæno, Carthaginensi & aliis, clericis indulgent cum quibusdam mulieribus commorationem, vt cum matre, aua, amita, matertera, fororibus filiabus fratrum aut fororum, earumque similibus, (in quibus naturale fedus, vt loquitur INNOCENTIVS III, nihil permittat sani criminis suspicari) tutius tamen & consultius esse ab omni femineo contubernio, quoad fieri possit abstinere, exemplo D. AVGVSTINI de quo POSSIDIVS ita scribit. *Feminarum intra domum eius nulla vnquam conuersata est, nulla mansit, nec quidem germana soror, quæ vidua Deo seruans multo tempore vsque in diem obitus sui præcipua ancillarum Dei vixit. Sed neque patris sui filia, & fratris sui filia, quæ pariter Deo seruiebant: quas personas sanctorum Episcoporum Concilia in exceptis posuerunt. Dicebat verò, quia etsi de sorore, & nepibus secum commorantibus nulla nasci*

Ita possid.

Greg. 1. 7. ep. 39.

possit mala suspicio, tamen quoniam illa persona sine aliis necessariis secumq. manentibus feminis esse non possent, et quod ad eas etiam aliae à foris intrarent, de his posse offendiculum aut scandalum infirmioribus nasci, et illas, qui cum Episcopo, vel quolibet clerico forte manerent, ex illis omnibus feminarum personis vna commorantibus, aut aduentantibus tentationibus humanis posse perire, aut certe malis hominum suspicionibus pessimè diffamari. Ob hoc ergo dicebat nunquam debere feminas cum seruis etiam castissimis in vna manere domo. IDEM consuluit multis B. GRÆG. in epistola ad Romanum defensorem & alios. Si qui, inquit, Episcoporum quos commisit tibi patrimonii finis includit, cum mulieribus degunt, hoc omnino compescas, et de cetero eas illic habitare nullo modo patiaris, exceptis cis, quos sacrorum canonum censura permittit, id est, matrem, amatam germanam, et alias huiusmodi, de quibus prauum non possit esse suspicio. Melius tamen faciunt, si etiam à talium se cohabitatore contineant. Nam legitur quod Beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit, dicens. Quae cum sorore mea sunt, sorores meae non sunt. Docti ergo viri cauere magna ratio debet esse instructio. Nam incauta praesumptio est, quod fortis pauet, minus validum non timere, sapienter enim illicita superat, qui didicerit etiam viti non concessis. Sic B. HIERONYMVS Rustico monacho suadet, ne vel matri cohabitaret.

Hier. ep. 4.

Cyp. l. cit.

X. R E M E D. Considera, quid SS. Patres faciendum consulerint, cum necessitas incidit ad eundi feminas, siue clerico siue monacho. B. CYPRIANVS ita loquitur. Sunt equidem necessitates aliae, quae nos quoque priuati feminas videre compellant, sed etiam ipsi diuini operis vel praecipi imperant efficiam, ut visitemus, ut solatia praebeamus, ut hortamenta vitae salubriter intinemus: nec tamen et in his officiis minor cura agenda est pro moribus nostris, ut clarificent in nostra operatione indicia puritatis. Seueritas non desit, quae sub clerico feminam possit astringere, ut ipsam consolationem nostram suscipiat cum tremore, et ita sentiat visitationis afflictum, ut clericum veneretur. Ac ne tardius sit euagari per singulorum quicquid agimus, honestum esse potest, si semper in nobis signa honestas elabceant, sicut Paulus Apostolus vniuersa complexus est dicens. Omnia vestra honeste fiant. Et sub finem. Si quis autem modo profectio cogente, apud fratres, vel apud extraneos hospitatur, ubi mulieres inter sunt, omnino se ardeat, ne passibilitate aliqua vitetur. Semotus ac secretus Deo vacet et sibi, ne intus capiatur à diabolo, et qui fortis capti non potuit, apud suos cadat. Qui hostes effugit, ad tempus pro salutaribus carissis procedat ad faciem, et iterum discedere de conspectu festinet. Vbi que gustanda est cum mulieribus, non continuanda praesentia, sed quasi transiunt exsistenda est accessio quodammodo fugitiua. S. BASILIUS in constitutionibus monasticis. Danda est opera, ut si fieri possit mulierum colloquia congressus que funditus fugiamus. Sin id non possit, in eo enitendum est certe, ut quam rarissima illa, et quam breuissima fiat: neque id ex odio sexus, apage, neque ut qui cognationem illarum abregeamus: quin potius earum etiam patrocinium suscipiamus, et c. congressum tamen desugiamus.

2. Cor. 14. 40.

Bas. c. 4.

mus, ne ex ipsarum aspectu in memoriam eius, cuius semel nuncium remisimus, libidinibus redire cogamur. S. AMBROSIVS de clericis liccauet. Viduam ac virginem in domos, nisi visitandi gratia, iuniores adire non est opus: & hoc cum senioribus, hoc est, vel cum Episcopo, vel si gravior est causa, cum presbyteris. Quid necesse est, ut demus secularibus obrectandi locum? Quid opus est, ut illa quoque visitationes crebra accipiant auctoritatem? Quid si aliqua illarum forte labatur? cur alieni lapsus subeas invidiam? Quam multos etiam fortes illecebra decepit? Quid nobis cum alienis domibus? Vna est domus, quae omnes capit. Illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaris Christi, non obsequium hominibus deferendum recepimus. S. HIERONYMVS ad Nepotianum. Si propter officium clericatus, aut vidua visitatur, aut virgo, nunquam domum solus introeas. Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris. Solus cum sola, secreto & absque arbitrio vel teste non sedes. Si familiaris est aliquid loquendum, habet nutriticem maiorem domus, virginem, viduam, vel maritatum: non est tam inhumana, ut nullum praeter te habeat, cui se audeat credere. De S. AVGVSTINO ita Possidius. Si forte ab aliquibus feminis, ut videretur, vel salutareretur, rogabatur, nunquam sine clericis testibus ad eas intrabat, vel solus cum solis nunquam est locutus, nisi secretorum aliquid interesset. In visitationibus vero modum tenebat ab Apostolo definitum, ut non nisi pupillos & viduas in tribulationibus constitutas visitaret. Et si forte aegrotantibus ob hoc peteretur, ut pro eis in presenti Deum rogaret, eis quoque manus imponeret, sine mora pergebat. Feminarum autem monasteria non nisi urgentibus necessitatibus visitabat.

Amb. offic. c. 20.

Hier. ep. 2.

Possid. in vita c. 26. & 27.

1. Tim. 5. Jac. 1. 27.

XI. REMED. Considera miserabilem exitum quorundam Clericorum qui in concubinato vitam traduxerunt. Vnum sit omnium instar, quod PETERVS Venerabilis Abbas Cluniacensis S. BERNARDI aequalis, suo tempore accidisse refert in libris miraculorum. APVD Castellum Liziniacum, inquit, quod in Piclaveni pago situm est, nuper quidam presbyter erat, qui sacerdotalis ordinis super caelestem dignitatem miserima vita conversatione deturpans, non ad animarum, quibus praerat curam, sed ad carnis suae voluptatem explendam sacro ministerio utebatur. Qui iuxta Prophetam lac gregis sui comedens, & eius se lanis operiens absque vlla spe aeternorum mercedibus mercenarii avidissime pascebat. Mundissimam atque omnia mundantem CHRISTI carnem & sanguinem in altaris sacramento frequenter officio, non detractione sumebat, nec ab immundis tamen carnis operibus sese cohibebat. Cumque ut sus immunda multo tempore in caeno luxuria versaretur, & sui ipsius factoribus delectaretur, territus conscientiae malo (sicut aliquando & mali ad horam compunguntur) familiaritatem quorundam honorum virorum expetiit, & Abbati Bonauallis ac fratribus eiusdem monasterii se in amicitiam specietenus copulavit. Qui longo tempore cum de vita emendatione commonentes, & ut seculo renunciaret assidue exhortantes, nihil ab eo impetrare praeter inanem spem aliquando potuerunt.

P. Cluniac. lib. 1 c. 27.

Ezech. 34.

Ti. 2. Nam

Nam libenter quae dicebant, audire se, fingens, & semper eos de conuersione sufficiens de societate sanctorum aliorum gloriabatur, nec admonitione, vel exemplis eorum à malis retraheretur. In his atque aliis perditis atque perdenda vita sua actibus perditis & obstinatione impietatis in die ira thesaurizans in morbum incidit, quo post aliquot dies ingrauescente ad extrema peruenit. Adierat eum uisitationis gratia Prior tan dicti monasterii atque cum eo aliquantum dicti spatium, ipso quoque rogante, permansit. Et ecce nocte superueniente, cum cunctis discedentibus solus lecto eius affideret, clamore terribiter eger ille ad Priorem cepit. Succurre, ita, succurre, ecce duo super omnem feritatem expauescendi Leones in me impetum faciunt hiantes ore ac ritu feruoris frustra discepturi me totum consumere volunt. Deprecare cito Dominum, ut ab his eripiar, antequam moribus eorum consumar. Dicebat haec & tremebat, ac velut dimoraturus fugiens timore defecto corpori vires addente, retro cedebat. Prior vero uolentius ac gestus terrore turbatus, non sine multo & ipse timore erat: ad preces tamen ipsius necessitate impellente conuersus pro misero illo, ut poterat, Dominum exorabat. Quorante, mutata uoce eger. Bene, inquit, bene: recesserunt cruces leles bestiae, & per orationem tuas iam ultra nosquam apparent. Et quia usque ad ultimum spiritum semper compos sui exiit, (nec ut quidam mortentium solent, vel in modico sensu in immutatus fuit) conuersus ad Priorem, loqui cum eo de quibuslibet uelut sanissimus cepit. Cumque iam de his, quam de aliis multa inter se uerba conferrent, horae fere uicinis spaciocapsus in clamore longè terribilius, quam primo, exorsus est. En, inquit, en ignis de caelo, et torrens inundans descendit, & super hunc meum lectum ueniens iam tam me in fuligine usque comburet. Festina, adiuua, ora: si forte & ab hac morte eripi ualeam. Et haec dicens manibus & brachijs opertoria subleuabat, eaque uelut aliquid iuuare possent, inuisibilibus ignibus turbatus opponebat. Sed ne quaequam: non enim corporalia reguntur à spiritualibus incendiis te gere poterant, quem caelesti uindicta impia opera exponerent. Prior aduictus timore denique ad orationem conuertitur, & quantum in tali casu possibile erat, Domini misericordiam deprecatur. Illo, ut supra, oratione instante post paululum patiens gratulationis uocibus preces eius interrumpit dicens. Quiesce, iam ab igne tutus sum: nam dum super me, ut dixi, cum impetu descenderet, interceptus est lectus, usque ad quem ignis peruenit, sed cum transire non potuit. Iam & ab isto periculo ceptus, oro ne à me discedas, quousque quis istorum finis futurus sit agnoscas. Tunc Prior qui tam timore, quam hispiditatis necessitate recedere uolebat, substitit, & ab oratione surgens rursus ei assedit. Cumque eum tantis terroribus anxium consolaretur, & uicinis adhiuicem, ut prius, colloqueretur, subito a grotus ad inuisibilia raptus obmutat. Prius raptum eum ab humanis intelligens rei exitum praesolabatur. Cum ecce post multam noctis spaciū homo ad se rediit, & miserabiliter ingemiscens ait. Ha, ha, aliquid aeternum raptus sum: & heu miser, aeterna morte damnatus sum. Tractus sum horrendis tormentibus, igne inextinguibili cum diabolis & Angelis eius perpetuo cruciantur. Ecce, ecce ignita sartago plena bullente adipe, quam coram me tormentorum minister detulerunt, eamque ad me figendum uincta succendunt. Et cum Prior oratione, sic

Iam his fecerat, tertio quoque incubuisset, ille ait. Cessa cessa pro me orare, nec pro illo ultra futigeris, pro quo nullatenus exaudieris. Priore vero dicente. Frater redi ad cor, et misericordiam, dum adhuc viuis, a Deo require: ille adiecit. Putas ait, me ut insanum loqui? Non insano, sed sana mente, quae dixi confirmo. Et cucullam Prioris manu tenens eum interrogauit. Nonne hoc, quod manu teneo, cuculla tua est? Quo respondente, ait: adiunxit. Sicut haec vestis cuculla est? et sicut hoc, quod mihi substratum est, palea est: sic et hoc, quod coram cerno, ignita sartago est. Et dum haec loqueretur, gutta inuisibilis ignis de illa, quam dicebat, sartagine exiens, in manum eius, Priore vidente, cecidit. Et mirabile dictu, cutem et carnem usque ad intima ossa consumpsit. Tum ille acricum gemitu En, inquit, indubia rei probatio. Nam sicut ista, quam vides, de sartagine prolapsa gutta carnis partem consumpsit: sic confestim totum me ignea vorago consumet. Priore ad ista stupente iterum dixit. Ecce sartagine istam ministri infernales propius afferunt, ut me in illam coniciant, iam namque manus adaptant. Et post modicum. Ecce lintetum, in quo iaceo, videlicet, concurrentes accipiunt, et me in ignitam sartagineam aeternam fixationem proficiunt. Hoc velut vltimum valeo mox et Priore, atque his, qui ad hoc horrendum spectaculum conuenerant adire, subtracta voce, ac reflexa terrence punientium Spirituum condemnatis spiritibus tradidit. Tamen: vero terror omnes inuasisit, ut illico vniuersi susciperent, neque aliqui in domo, vbi cadaver mortis remanserat, e manere aularent. Facto mane in domo cadaver sepulturae manatum est. Post aliquot autem dies, cum ad vniuersos cives postros haec tam terribilis fama peruenisset, rei veritatem probare volentes tumulum aperuerunt, atque fossam illam, quae in manu presbyteri adhuc vniuersis gutta praesentia damnationis fecerat, in mortui cadauere inuenerunt. Haec Petrus. Plura huius generis, & vetustiora exempla habes apud P E T R V M Damiani Cardinalem tomo primo nuper edito; vt epistola tertia & octaua libri quarti, & 16. libri quinti.

VIDE Consuetudo praua. Exemplum malum Familiaritas nimia. Luxuria. Praesumptio. Societas praua. Tentatio. Voluptas carnis.

MVNERVM CORRVPTELA.

Remedia contra munera corruptelam.

IREMEDI. Considera oracula Spiritus sancti de acceptione munerum, maxime si fiat a iudicibus, aduocatis & aliis iustitiae patronis. Primum enim vetat hanc acceptionem, eo quod noxia sit accipienti. Vt in Exodo. *Nec accipies, inquit, munera, quae etiam excecant prudentes, et subuertunt* Exod. 23.8. *verba iustorum.* Et in Deuteronomio. *Non accipies personam, nec munera, quia* Deut. 16. 19. *munera excecant oculos sapientum, et mutant verba iustorum.* Et in Numeris. *Non* Num. 35. 31.

Tt 3 accipie-

Iob. 36. 18.
Pro. 17. 23.
Pro. 28. 9.
Pro. 28. 21.
Eccl. 4. 36.
Eccl. 20. 31.

Deut. 27. 25.

Iob. 15. 34.
Iſa. 5. 23.

Num. 22. 23.

Pro. 15. 27.

Iſa. 33. 12.

Naſſ. in c. 1.

Hier. in c. 2.
Iſa.

Eccl. 5. 9.

Aug. enarr. 2.

accipere pretium ab eo, qui reus est sanguinis. Et in Iob. Ne multitudo donorum inclinaret te. Et in proverbiis. Munera de sinu impius accipit, ut pervertat sententiam iudicij. Et iterum. Victoriā & honorem acquirat, qui dat munera: animam autem auferat accipientium. Et. Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit: iste est probucella panis deserit veritatem. Et in Ecclesiastico. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Et. Xenia & dona excaecant oculos iudicum, & poenam eis comminatur, ut in Deuteronomio. Maledictus, ait, qui accipit munera, ut pervertat animam sanguinis innocentis, & dicit, omnis populus, Amen. Et in Iob. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Et in Iſaia. Vae, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferitis ab eo. Et in epistola B. Iudae. Vae illis (haereticis) qui errore Balaam mercede effusi sunt, id est, in omne facinus prolapsi instar Balaam, qui mercede coaductus fuit ut malediceret populo Israel. Contra promittit Spiritus sanctus vitam aeternam illis, qui nolunt accipere munera. Ut per Salomonem dicentem. Qui odij munera, viuet. Et per Iſaiam. Qui excurrit manus suas ab omni munere, ille in caelis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius.

II. REMEDIUM. Considera SS. Patrum eloquia, S. BASILIUS in Iſaiam. Quanam alia causa conuincuntur Principes hoc loco, diligentes munera, non item accipientes munera? (multis enim in hac vita pro exhibito officio decemta conferuntur munera) nisi quia nocentur ij, qui in modica cupiditate accipientis contentabescunt, & totam suam dilectionem effundunt in haec euania & terrena, cum potius eam deberent effundere in Deum toto corde diligendum. Sane ob id immodicabilis acquirendi cupiditas efficitur idololatria. Iussi autem sumus non diligere munera, sic ut horum causa non sinamus aliqua fieri ab aduentibus nos ex iis, quae lege interdicta sunt. In vniuersum enim huiusmodi munera scriptura non permittit nobis diligere, nec circa ea indulgere affectibus. S. HIERONYMVS in eundem, ad verba omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. In Catalogo virtutum numerantur etiam hi, qui diligunt munera. Non dixit, qui accipiunt: hoc enim sepe necessitate fit: Sed qui non putant amicos, nisi a quibus dona percipiunt: nec os considerant amicorum, sed manus: & eos sanctos iudicant, quorum exhaerunt marsupium, de quibus & Ecclesiastes loquitur. Qui diligunt pecuniam, non implebitur pecunia. Istiusmodi sequuntur retributiones, ut laudent eos, a quibus aliquid acceperint, vel certe nulli quippiam tribuant, nisi a quo se recepturos putauerint. S. AVGVSTINVS in Psalmum vigesimum quintum. Munera, non solum pecunia est, non solum aurum & argentum, non solum xenia sunt, &c. Sed quid est accipere munera? Propter munera laudare hominem, adulari homini, palpare blandiendo, iudicare contra veritatem propter munera. Propter quae munera? Non solum propter aurum & argentum, & huiusmodi aliquid, sed etiam propter laudem qui iudicat male munus accipit, & munus, quo nihil inanis. Patuit enim illi

manus ad accipiendum iudicium lingua aliena, & perdidit iudicium conscientia sua.

Ergo in quorum manibus iniquitates sunt, dextra eorum repleta est muneribus. B.

GREC. lib. 9. Moralium. Recte de iusto per Prophetam dicitur Beatus, qui excutit

manus suas ab omni munere. Quia enim non solum fraus in acceptione pecunie est, mu-

nus procul dubio vnum non est. Tres vero sunt acceptiones munerum, ad quas ex frau-

de festinat. Munus namque à corde est, captata gratia à cogitatione. Munus ab ore,

est gloria per fauorem. Munus ex manu est præmium per donationem. Sed iustus quisq;

ab omni munere manum excutit, quia in eo, quod recte agit, nec ab humano corde ina-

nam gloriam, nec ab ore laudem nec à manu recipere donationem quaerit. P. BLESEN-
SIS ad Sacellanum regis Siciliæ. Peremptorium est in Principe

vel auram adorare munerum, vel fauorem quaerere personarum, teste siquidem Pro-

pheta, in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.

Transibunt verò iniquitates in penam, & munera in dolorem: quia testimonio Iob,

ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

III. REMEDIUM. Considera exempla sanctorum, qui munera

accipere reauerunt. Primus est propheta Samuel, qui iam senex vni-

uersum Israel, ut est in prima Regum, sic allocutus est. Loquimini de me

coram Domino, & coram CHRISTO eius, virum bonum cuiusquam tulerim, aut

asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam

munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt. Non es ca-

lumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. Dixitque ad

eos: Testis est Dominus aduersum vos, & testis CHRISTVS eius in die hæc,

quia non inuenietis in manu mea quippiam. Et dixerunt. Testis. Cur autem Sa-

muel speciatim se purget de hoc vitio accipiendi munera, illa causa vi-

detur, quia Prælatorum improborum ferè proprium hoc crimen est,

quod laborent avaritia, & diligant munera. Quod non obscure indi-

cavit ISAIAS cum arguens ciuitatem Hierosolymorum, postquam

dixit. Principes tui infideles, socij furum, mox subiicit. Omnes diligunt mu-

nera. Hanc causam reddit B. GREGORIUS, dum exponens verba

Samuelis ait. Cum reprobi pastores præsumunt, principale eis præpositum est in rapina

subditorum. Quia enim æternorum bonorum abundantiam aspiciere nesciunt: quo præ-

sentia ardentius concupiscunt, eo auidius oblata recipiunt, non oblata violenter tol-

lunt, innocentibus insidiantur, debiles opprimunt, munera accipiunt, iuraque per-

vertunt. SECVNDVS est, Propheta Elisæus, cui, cum Naaman princeps mi-

litæ regis Syriæ, ut est in quarto Regum, ob mundationem à lepra eius

studio impetratam, grati animi ergo magna munera offerret, respondit.

Veni Dominus, ante quæsto, quia non accipiam, cum quod vobis faceret, penitus non acquirunt.

Et paulo post subditur. Dixitque, Giezi puer viri Dei. Naamã iam digressio. Do-

Greg. c. 26.
Ila. 33. 15.

P. Blesens. ep.
10.

Psal. 15. 10.
Iob. 15. 34.

1. Reg. 12. 2.

Ila. 1. 23.

Greg. 1. c. 2.
in 1. Reg.

4. Reg. 5. 16.

v. 20.

da 616

Amb. lib. 4. c. 4.

Matth. 10. 8.

Dan. 5. 16.

Hier. in c. 5.

Dan.

Matth. 10. 8.

Dan. 2. 48.

Gen. 41. 48.

Esd. 8. 15.

da eis talentum argenti & vestes mutatorias duplites. Dixitq; Naaman. Melius est. ut accipias duo talenta. Et coegit eum. Et regresso dixit Elifaeus. Unde venis Glor. Qui respondit. Non iure seruus tuus quinquam. At ille ait. Nonne cor meum in praesentia quando accepisti argentum & vestes ut emas oliveta, & vineas, &c. Sed & lepra Naaman adhaerebit tibi, & semini tuo, vsq; in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix. Quam historiam tractans B. Amb. in Lucam. Disce, inquit, congrua praecepta virtutis: probavit fidem, qui praemia recusavit. Disce utroq; dictorum futurumq; mysterio quid sequaris. Habes Domini praeceptum, ut ais exemplum, gratis accipere, gratis dare, nec vendere ministerium, sed offerre. Non enim pretio taxatur Dei gratia, nec in Sacramentis lucrum quaeritur, sed obsequium sacerdoti. Non tamen sciri est, si lucrum ipse non quaerat: familiae quoque cohibende manus sunt, &c. Si quis autem domui suae praesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit? Insuper ergo familiam tuam, hortare, custodi: & si te sefellert servulus (humana enim non exceptio facultatem) prophetico deprehensus repudietur exemplo. Cito turpem sequatur lepra mercedem, & pecunia corpus animumque male quaesita commaculat. Accepisti inquit, pecuniam, & possidebis ex ea agrum & vineas, & oliveta & greges & lepra Naaman adhaerebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. Vides quia facta auctoris superfluo damnatur haereditas. Inexpiables est enim venditi culpa mysterii, & gratia vendita caelestis transit ad posteros, TERTIVS est propheta Daniel, cui cum Babylioniorum rex Baltassar dixisset. Audui de te, quod possis obscura interpretari, & ligata dissolvere: si ergo vales scripturam legere, & interpretari vitem eius indicare mihi purpura vestieris, & torquem aureum circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris. Ad qua respondens Daniel, ait coram rege. Munera tua sunt tibi, & dona domus tua alteri da: scripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem eius ostendam tibi. In qua verba ita commentatur B. Hier. Amulemur Danielis regis dignitatem & munera contemnentem: qui absq; pretio proferens veritatem, iam illo tempore praeceptum Evangelicum sequebatur. Gratis accepistis, gratis date. Si oblicias illum recepisse munera, & nunc à Baltasare, & alias à Nabuchodonosore. Respondeo, recepisse sed inuitum, vel certe nutu diuino. Accepit autem, subdit ibidem Hieronymus, insignem regium, torquem et purpuram, ut Dario qui erat successurus in regnum fieret notior, & per notitiam honoratior. Et supra ad caput secundum dicit idem obiecisse vel calumniatum esse impium Porphyrium. Non considerans, inquit, i deo regem vidisse summum, & interpretationis mysteria per puerum reuelata, ut Daniel cresceret, & in loco capitani principis fieret omnium Chaldaeorum & Dei omnipotentia nosceretur. Quod quidem & in Ioseph apud Pharaonem, & Egyptum factum legimus. Et in Mardocheo apud Assurorum, ut in utraque gente haberent captivi & peregrinantes Iudaei solatia, videntes dominum gentis suae Egyptiorum esse principem, vel Chaldaeorum. Haec ille. QVARTVS est, Apostolus Paulus, qui non modo munera gratis oblata, sed etiam stipendia, iurenaturae, legeque Dei tam veteri quam noua, (ut ipse

multa

multis verbis in priore ad Corinthios probat) sibi debita repudiavit, imo ibidem declaravit se potius fame mori malle, quam ea ob labores prædicationis acceptare. Nam in primis maiores notu Ecclesiæ Ephesiorum, apud quos triennium integrum noctu diuq; in prædicatione Evangelica posuerat, v: est in Actuum Apostolicorum historia, ita allocutus est. *Argentum & aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut ipse scribit, quoniam ad ea qua mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.* Et in prima Epistola ad Corinthios protestatur se non usum potestate accipiendi stipendium, quantumvis multis nominibus iustissima. Et in altera ad eosdem addit, se nec voluisse vii in magna inopia. *Cum essem, inquit, apud vos & egere m, nulli onerosus fui: nam quod mihi deerat suppleverunt fratres, qui venerunt à Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis servavi, & servabo. Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaia.* Deinde in priore ad Thessalonicensis sic scribit. *Memores estis fratres laboris nostri & fatigationis nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus pædicationis in vobis Evangelium Dei. Vos testes estis, & Deus quam sanctè, & iustè, & sine querela vobis, qui creditis istis fuimus.* Atq; in posteriore. *Isi sitis, inquit, quoniam non gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrum gravaremus.* Quod Pauli exemplum alicubi admiratus C. K. E. G. Magnus. *Pensemus ergo, inquit, si possumus, cuius hoc mansuetudinis sue: ut panem spiritus prædicare & panem carnis non accipere, corda audientium de diuitiis æternis instruere, & inter eosdem discipulos fideles & abundantes fame laborare, inter satiatos pati inopiam, nec tamen quod patiebatur dicere, nec tamen dolere: videre dura erga se corda audientium tenacium, nec à prædicatione desistere.* Nam sicut Apostolorum Acta testantur, anno & sex mensibus continuè in eadem civitate prædicavit. *Verè in hoc Paulus, vere magister gentium: sua negligens, aliena curans, impleto quod prædicaverat. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Est non qua sua sunt singuli cogitantes, sed ea que altorum.*

IV. REMED. Considera CAVSAS Paulini huius facti, quas Apostolus locis iam allegatis reddit complures. I. est in Actis. *Quoniam, inquit, sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini IESV, quoniam ipse dixit, Beatius est magis dare, quam accipere.* 2. Est in 1. epist. ad Corinthios. *Omnia sustinemus, ne quod offensusculum demus Evangelio Christi id est, ne cursum prædicationis nostra culpa retardemus, vt exponit Chrysostomus & Theodoretus.* 3. ibid. vt plures lucrifaceret. *Cum liber, inquit, essem ex omnibus omnium me servum feci, vt plures lucrifacerem.* 4. ibidem, vt Pariceps fieret mercedis in Evangelio promissæ. *Omnia inquit, facio propter Evangelium, vt pariceps eius efficiar.* Ita Sedulius & B. Anselmus. 5. in 2. epist. Vt pseudoapostolis omnem ansam se calumniandi præriperet. *Quod aurem facio, inquit, & faciam (hoc est, gratis prædicabo Evangelium) vt amputem occasionem*

1. Cor. 9. 7. 14

Deut. 15. 4.

Math. 10. 10.

Act. 10. 35.

1. Cor. 9. 15.

2. Cor. 11. 2.

1. Thess. 2. 9.

Greg. hom. 18.
in Exech.

Act. 18. 11.

1. Cor. 11. 9.

1. Cor. 10. 24.

Phil. 2. 4.

Act. 10. 35.

1. Cor. 9. 12. 19. 22.

2. Cor. 106

Vv
fionem

2. Theff. 3. 9.
2. Theff. 3. 8.

1. Theff. 3. 9.

tionem eorum, qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur (se gratis prædicare) inueniantur sicut et nos. Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt opera et subdoli, fingentes scilicet se gratis prædicare, cum sint diuites, inquit Oecumenius. 6. est in utraq; ad Thessalonicenses, ne quenuquam grauares. Solent enim homines auari agere persolvere stipendia quæ debentur parochis & concionatoribus. vel quia arbitrantur eos non indigere, vel quia credunt labores eorum esse exiguos. 7. ibidem, ut bonum exemplum aliis darent, quod imitarentur. *Ut nosmetipsos, inquit, formam daremus vobis ad imitandum nos.* Harum causarum consideratio idcirco proposita est, quod te aquæ ac Apostolum detererere poterant ab accipiendis muneribus pro concionum, Confessionum, Missarum, aliorumque Spiritualium operum labore.

Hier. in eius vi.
sa.

Matth. 10. 8.

Hier. ep. 2.

Ast. 20. 34.

Eccl. 1. 4.

V. REMED. Assuefac te ad minora etiam munera respuenda, ut hoc longius absis à suspitione auaritiæ, vel etiam tui piois amoris. Exemplum habes B. HILARIONIS toto orbe ob miracula facta clarissimi, de quo B. HIER. ita scribit. *Hoc initium signorum eius in Sicilia* (ieiecerat autem demonem ex quodam scrutatio) *innumerabilem ad eum deinceps agrotantium, sed et religioforum hominum adluxit multitudinem, in tantum, ut de primoribus quidam cumens morbo intercessis, eodem die quo ad eum venerat, curatus sit: qui postea offerens ei infinita munera, audivit dictum Saluatoris ad discipulos. Gratis accepistis, gratis date. Dum hæc ita geruntur in Sicilia, Hesycheus discipulus eius toto orbe ferens quærebat. &c. Et in quadam curui lictoris villula famam sensis fecerat us, confonso voce omnium cognouit, ubi esset, quid ageret: nihil in eo ita cunctis admirantibus, quam quod post tanta signa atque miracula, ne fragmen quidem panis à quoquam in illu locis accepisset. Idem in epistola ad Nepotianum depingens viam Clericorum, Caueo, inquit, omnes suspitionis, et que quid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuota. Crebra munuscula, et sudaria, et fasciolas et vestes ori applicatas et oblatos ac degulatos cibos, blandas que et dulces litterulas sanctus amor non habet. Mel meum, lumen meum, meum desiderium, omnes delicias et lepores, et riu digna urbanitates, et ceteras ineptias amatorum in comadiis erubescimus. Et in seculi bonis deestamur, quanto magis in monachis et clericis, quorum et sacerdotum proposito, et profectum ornatur sacerdotio. Et in fine epistolæ. Nunquam petentes, raro accipiamus rogati. Beatius enim est, magis dare, quam accipere, nescio enim quo modo etiam ipse, qui deprecatur ut tribuat, eum acceperis, vilioyem te iudicat: et minus in modum, si eum rogantem contempseris, plus te posterius veneratur. Exempla spretorum etiam exiguorum munerum, duo illustria refert. B. BERN. in libris de consideratione ad Eugenium Papam. Dignum nunc, inquit, ad medium venire factum dulcis memoria Martini nostri. Nosti hoc: sed an memineris ignoro. In Cardinalis Præbyter, sanctus aliquando legatione in Dacia tam pauper remeuit, et penè expensis et equis desipientibus vix perueniret Florentiam. Ibi Episcopus loci de-*

nauit

nauit ei equum, quo Pisas vsq; vbi eramus, tunc peruectus est. Postridie credo secutus Episcopus. (erat enim illi causa cum adversario, et agendi erat dies) cepit requirere suffragia amicorum. Cumq; per singulos sollicitaretur, ventum est ad Martinum. Fiduus erat maior in illo, qui non posset in memor esse recentis beneficii. Tum Martinus. Decepisti me, inquit, nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum: ecce in stabulo est, et hora eadem resignauit illi. Quid dicis mi Eugeni? Nanne alterius seculi res est, reliquit Legatum de terra auri sine auro, transisse per terram argenti, et argentum nescisse donum insuper, quod poterat esse suspectum illi, et reticisse? Deinde subdit alterum exemplum. Sed h mihi locum suauem, vbi incidit occasio memorandi et nominandi suauissimi odoris virum, Episcopum loquor, Gaufridum Carnotensem, qui legato in partibus Aquitania propriis sumptibus strenue administrauit, idq; annos plures. Rem loquor, quam vidi ipse. Erat cum eo in terra illa, cum a quodam presb. e-
presentatus est illi piscis, quem vulgo vocant sturgionem. Percunctatus Legatus, quantum variet. Non accipio, inquit, nisi receperis precium, et resignauit solidos quinque inuito et verocundo. Item cum essemus in quodam oppido. D. mina illius oppidi obtulit ei pro deuotione cum manutergio duas vel tres paropsides pulchras, ligneas tamen. Quis aliquandiu inuens homo scrupulose conscientia, laudauit eas sed non acquiescente accipere. Quando argenteas recepit, qui ligneas reseruauit et non fuerunt, qui possent legato di. ore. Diuauimus Abraham.

VIDE. V. Auaritia, Poisonarium acceptio, Simonia.

MURMURATIO.

Remedia contra Murmurat.

IREMEDI. Considera diuinæ scripturæ sententias. Primo enim de-
hortatur à murmuratione. Custodite vos, inquit Sapiens, à murmuratione, Sap. 1. 8.
quæ nihil prodest. Et Christus apud Ioannem. Nolite murmurare inuicem. Et Ioan. 6. 43.
B. Paulus ad Corinthios. Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, 1. Cor. 10.
et reuertuntur ab exterminatore. Et ad Philippenses. Omnia facite sine murmurationibus Phil. 2. 14.
et hesitationibus vt sitis sine querela, et simplices filii D. i. Et B. Petrus. 1. Pet. 4. 9.
Hospitaliter inuicem sine murmurationibus. 2. declarat murmur contra superiores, fieri contra Deum. Nam Moyses in Exodo sic loquitur. Non contra nos Exo. 16. 8.
est murmur vestrum, sed contra Dominum. Et in Numeris. Num. 14. 27.
Vsq; quo multitudo pessima murmurat contra me? 3. declarat murmuratores grauiter à Deo pun-
nitos. Nam in lib. Num. legimus Moysis sororem Mariam ob murmur Num. 12. 10.
lepra percussam: Dathan & Abiron viuos terræ hiatu absorptos, Cho-
re igni consumptum: ignitos serpentes in Populum immisos, extre-
mam castrorum partem ab igne deuoratam, ac denique maiorem Num. 21. 6.
filiorum Israhel partem ingressu terræ promissionis exclusam in de-
serto perisse. Num. 11. 33.
Apostolus quoque Iudas hæreticos, de quibus futuris Num. 14. 30.

V V 2 vatici.

Iud. ep.

vaticinatur, appellat *murmuratores querulosos secundum desideria sua ambulantes: eorumque poenam præmittit, dicens. quibus procella tenebrarum servata est in æternum.*

Bas. q. 39.

II. R E M E D. Considera dicta SS. Patrum. S. BASILIUS in regulis brevioribus, posita quæstione, quid agendum sit cum eo, qui dicto audiens tamen obmurmuravit antistiti, respondet. *Cum Apostolus dixerit Omnia facite sine murmurationibus & hesitationibus, abalienandus est qui murmurat à conversatione fratrum, & similiter opus eius ab usu eorundem. Planeque qui huiusmodi, humi & diffidentia, & circa spem ambiguitatis morbo apparet laborare. Idem fufius habet in regulis fufius disputatis. Et rursus infra, posita quæstione, quid faciendum, si quis condemnetur, ut ii qui in Euangelio murmurarunt aduersus nouissimos in vineam conductos? Respondet. *Vnusquisque ob proprium suum peccatum damnatur: ita & qui murmurant ob murmurationem. Verum scit alij alia de causa murmurant. Nam hi quidem propterea murmurant, quod viderent rem suam distendant, non habent, (ut qui gula præter modum dediti sunt, & ventrem faciunt Deum suum) illi verò, quod in pari honore habeantur cum nouissimis, in quo aperte indicant suam inuidiam, quod vitium multis in locis solet Scriptura coniungere homicidio. Alii præterea alia de causa. CHRYSOST. homilia 8. in epistola ad Philippenses, in verba illa. *Omnia facite sine murmurationibus. Vides, inquit, quod eos erudiat, ne murmurent? Est enim seruatorum improborum & insensatorum murmurare. Cogita, ait, quod tibi ipsi, laboras, quod tibi i: si colligis. Illorum est proprium murmurare, qui alius laborant. Qui verò sibi i: si colligit cuius gratia murmurat? Melius fuerit nihil operari, quam cum murmuratione. Sape malum: us ministerio priuari, quam murmurantem suscitare. Grati enim, gratia, inquam, est murmurator, & vicinus blasphemia; alioqui cuius gratia illi tantum supplicii dederunt? Ingratitudo est res ista. Qui murmurat ingratus est Deo. Qui autem Deo ingratus est, blasphemus quoque est, AMB. in epistola ad Vercellensem Ecclesiam, tractans de murmuratione Chore contra Aaronem. Consideratis igitur quæ offerentia causa extiterint, quod Sacerdotio fungi indigni vellent, & propterea dissident, quod in murmurarent improbant in sacerdotis sui electione iudicium Dei: propterea postulatum totum metus ingens corripuit, poena terror inuoluit vniuersos. Obsecrantibus tamen omnibus, ne paucorum insolentia omnes perirent, designantur sceleris rei, & astitius populi corpore ducenti quinquaginta cum auctoribus suis separantur viri, immugiens terra in medio plebis scinditur, appetitur in profundum sinus, abripiuntur noxiis & ita ab omnibus mundi huius ablegantur elementis, ut nec aërem haustu nec cœlum visu, nec mare tactu, nec terram contaminarent sepulchro. Cessauit poena, non cessauit malitia. ex hoc ipso in murmuratio exorta populi, quod per Sacerdotes perisset populus. Quia indignatione Dominus perdidisset omnes, nisi Moysi & Aaron primo precibus instaxus, post etiã obiectu sui Sacerdotis Aaron malisset ingratos maiore venia pudore donatis, quoniam abnuebant gratiam. Ipsa prophetisa Malai, quæ cum fratribus pede transfusa miserat***

Phil. 2. 14.

Id. q. 51. 2.

Marth. 20. 11.
Id. q. breu. 63.

Chrysin c. 2.

Amb. lib. 10. ep.
42.

Num. 16. 31.

Num. 11. 10.

miserat freta maris, quia *Aethiops* mysterium adhuc nesciens immurmurauerat ad-
 versus fratrem Moysen, lepra maculis inhorruit, ut vix tanto absoluta esset contagio
 nisi Moysen rogasset. GREGORIUS exponens verba illa septimi Psalmi
 Poenentialis. Et non intres in iudicium cum seruo tuo. Qui contra conditoris, in-
 quit, flagella murmurat, quasi cum eo in iudicium intrat. Dei namque accusat iudi-
 cium, qui se aestimat inutile percussum. Et quod cum Deo in iudicio contendit, qui inter
 flagella innocentem sostendit, &c. Vel certe ille cum Deo iudicium ingreditur, qui cum
 orauit, murmurat si non exauditur. Quibus dicitur. An vultis mecum iudicio con-
 tendere? Quasi enim in iudicio contendebant, qui dicebant. Quare ieiunauimus, & non
 aspersisti? humiliamus animas nostras, & nescisti? Si quidem stultum est ab oratio-
 ne deficere, si Deus differat cum rogatur exaudire. Et iniquum arguere conditorem,
 si effectus non sequitur orationem, praesertim cum quid oremus sicut oportet nesciamus.
 Nonnullis quippe impatientibus Dominus, quod petebant saepe concessit iratus, sicut
 contra Apostolo negauit propitius. Dedit enim regem petentibus secundum desideria
 cordis eorum, dedit etiam postulanti diabolo, ut Iob simplicem & rectum & iumentem
 Deum, tentaret. S. BERN. Ante omnia sine murmuratione sint fratres. Forte aliqui
 leue peccatum aestimant murmurare, sed non hic, qui ante omnia monet esse cauendum.
 Puto autem ne illum quidem leue reputasse, qui murmurantibus aiebat. Non contra
 nos est murmur vestrum, sed contra Dominum: nos enim quid sumus? sed ne illum
 quoque qui dixit. Non murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & perierunt
 ab exterminatore: illo nimirum exterminatore, qui positus est in hoc ipsum, ut a termi-
 nis beatae illius ciuitatis arceat murmurantes, & longè faciat à finibus eius, cui dicitur. Psalm. 147.
 Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, qui posuit fines tuos pacem.
 Nihil enim commune habent, murmur & pax.

REMEDIA plura vide in Verbo Detractio. Ingrati udo. Inobe-
 dientia. Ira. Iudicium temerarium. Linguae abusus. Maledictio. Super-
 bia. Tentatio. Vindicatio iniuria. Voluntas propria.

Greg in 7. Psal.
 poenit.
 Psal. 142. 2.

Ierem. 2. 29.
 Isa. 58. 3.

2. Cor. 12. 9.
 1. Reg. 8. 22.
 Iob. 2. 6.

Bern. in senten-
 tiis.

Phil. 2. 14.
 Exod. 16. 8.

1. Cor. 10. 10.

Psalm. 147.